





VIII
S. GREGORII
DIALOGI EC.
164
INCUNABULI
M
7
39
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
VENETIIS
1493

















J.B

Sicut Petrus apostolo℞ princeps in ecclesia dei pre-
fuit: sic postmodū Gregorius: Qui quidem pro mercede
glorie celestis īmarcessibilem coronam reportantes: nobis
scripta bene viuēdi exēpla reliquerunt: vt infra Gregorij
sermo dyalogus probat.



Explicit tabula.

Eximii doctoris sancti Grego
rii pape: de viris sanctis et miracu
lis que fuerunt facta temporibus suis
dyalogorum Liber primus incipit.

Quadam die nimiis quorundam secularium tumultibus depressus: quibus in suis negociis plerumque cogimur soluere etiam quod nos certum est non debere: secretum locum petii amicum meroris: vbi omne quod de mea mihi occupatione displicebat se patenter ostenderet: et cuncta que infligere dolorem consueuerant: congesta ante oculos licenter venirent. Ibi itaque cum afflictus valde et diu tacitus sederem: dilectissimus filius meus petrus diaconus affuit mihi: a primeuo iuuentutis flore amicitiis familiariter obstrictus: atque ad sacri verbi indagationem socius. Qui graui excoqui cordis languore me intuens ait: Numquidnam noui aliquid accidit: quod plus te solito meror tenet? Cui inquam. Meror petre quem quotidie patior: et semper mihi per vsum vetus est: et per augmentum nouus. Infelix quippe animus meus: occupationis sue pulsatus vulnere: meminit qualis aliquando in monasterio fuit: quomodo ei labentia subter erant: quantum rebus omnibus que voluuntur eminebat. Qui nulla nisi celestia cogitare consueuerat: qui etiam retentus corpore: ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat. Qui mortem quoque: que pene cunctis pena est: videlicet vt ingressum vite et laboris sui premium amabat. At nunc ex occasione cure pastoralis secularium hominum negocia patitur: et post tam pulchram quietis sue speciem: terreni actus puluere fedatur. Cumque se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit: etiam cum interiora appetit: ad hec proculdubio minor redit. Perpendo itaque quid tolero: perpendo quid amisi. Dumque intueor illud quod perdidi: fit hoc grauius quod porto. Ecce enim nunc magni maris fluctibus quatior: atque in naui mentis tempestatis valide procellis illidor. Et cum prioris vite recolo: quasi post tergum ductis oculis viso littore suspiro. Quodque adhuc est grauius: dum immensis fluctibus turbatus feror: vix iam portum valeo videre quem reliqui: quia et ita sunt casus mentis: vt prius quidem perdat bonum quod tenet: si tamen se perdidisse meminerit. Cumque longius recesserit: etiam ipsius boni quod perdiderat obliuiscitur: fitque vt post neque per memoriam videat: quod prius per actionem tenebat. Unde hoc agitur quod premisi: quia cum nauigamus longius: iam nec portum quietis quem reliquimus videmus. Nonnumquam vero ad augmentum mei doloris adiungitur: quod quorundam vita qui presens seculum tota mente reliquerunt: mihi ad memoriam reuocatur: quorum dum culmen aspicio: quantum ipse in infimis iaceam



agnosco: quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerunt: que ne per humanos actus a nouitate mentis veterescerent: eos omnipotens deus huius mundi laboribus noluit occupare. Sed iam que prolata sunt melius insinuo: si ea que per inquisitionem ac responsionem dicta sunt: sola nominum prenotatione distinguo. Petrus.

Non valde in Italia aliquorum vitam virtutibus fulsisse cognoui. Ex quorum igitur comparatione accenderis ignoro. Et quidem bonos viros in hac terra fuisse non dubito. Signa tamen atque virtutes: aut ab eis nequaquam factas estimo: aut ita sunt hactenus silentio suppressa: vt vtrum ne sint facta nesciamus.

Gregorius.

Si sola petre referam que de perfectis probatisque viris vnus ego homuncio vel bonis ac fidelibus viris attestantibus agnoui: vel per memetipsum didici: dies vt opinor antea quam sermo cessabit.

Petrus.

Vellem querenti mihi de his aliqua narrares. Neque hac pro re interrumpere expositionis studium graue videatur: quia non dispar edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter inuenienda atque tenenda sit virtus agnoscitur. In narratione signorum vero cognoscimus inuenta ac retenta qualiter declarantur. Et sunt nonnulli quos ad amorem patrie celestis plus exempla quam predicamenta succendunt. Fit vero plerunque in audientis animo duplex adiutorium in exemplis patrum: quia ad amorem venture vite ex precedentium comparatione accenditur. Etiam si se esse aliquid estimat: dum de aliis meliora cognouerit humiliatur. Gregorius.

Que mihi sunt virorum venerabilium narratione comperta: incunctanter narro sacre auctoritatis exemplo: cum mihi luce clarius constet: quia marcus et lucas euangelium quod descripserunt: non visu sed auditu didicerunt. Sed vt dubitationis occasionem legentibus subtraham: per singula que scribo: quibus mihi hec auctoribus sint comperta manifesto. Hoc vero scire te cupio: quia in quibusdam sensum solummodo: in quibusdam verbo et verba cum sensu teneo. Quia si de personis omnibus ipsa specialiter verba tenere voluissem: hec rusticano vsu prolata stilus scribentis non apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici narratione quod narro.

Incipit de miraculis patrum Italicorum. Cap. i.

Venantii quondam patricii in samniis partibus villa fuit: in qua colonus eius filium honoratum nomine habuit: qui ab annis puerilibus ad amorem celestis patrie per abstinentiam exarsit. Cumque tam magna conuersatione polleret: sese que iam ab ocioso quoque sermone strin geret: multumque vt prefatus sum per abstinentiam carnem domaret: die quadam parentes illius vicinis suis conuiuium

fecerūt: in quo ad vescendū carnes parate sunt. Quas dum ille ad esū contingere p abstinentie amorē recusaret: ceperūt ei parentes eius irridere: ac dicere comede. Nūquid piscem tibi in his mōtibus allaturi sumus? Illo vero in loco audiri piscis cōsueuerat: nō videri. Sed cū his sermonibus honoratus irrideretur: repēte in cōuiuio aqua ad ministeriū defuit. Cum situla lignea sicut illic moris est mācipiū ad fōtē prexit. Dūq; hauriret aquā: piscis situlā intrauit. Reuersumq; mācipium ante ora discumbentiū pisces cum aqua fudit: qui ad totius diei victū potuisset honorato sufficere. Mirati oēs totaq; illa parentū irrisio cessauit. Cepere nāq; in honorato venerari abstinentiā: quā antea deridebāt. Sicq; a dei homine irrisionis detersit opprobria piscis de mōte. Qui cum magnis virtutibus cresceret: a predicto dño suo libertate donatus est. Atq; in eo loco qui fundis dicit monasteriū cōstruxit. In quo ducentorum ferme monachoꝝ pater extitit. Ibiq; vita illius circūquaq; exēpla eximie cōuersatiōis dedit. Nam quadā die ex eo mōte qui eius monasterio in excelsum pminet: ingētis saxi moles erupta est. Que p deuexū mōtis latus veniēs: totius ruinā celle omniūq; fratrū interitū minabat. Quā cum veniētem desup vir sanctus vidisset: frequenti voce christi nomen inuocās extensa mox dextera signū ei crucis opposuit. Eāq; in ipso deuexi mōtis latere cadentem fixit. Sicut religiosus vir laurentius phibet. Et q: locus nō fuerat quo inherere potuisset: aspicit ita vt nūc vsq; mōtem cernētibus casura pēdere videat. Petrus.

Putamus hic tam egregius vir vt post magister discipuloꝝ fieret: prius habuit magistrū? Gregorius.

Nequaq̄ hunc fuisse cuiusq̄ discipulū audiui: sed lege nō stringit sancti spiritus donum. Usus q̄dem recte cōuersationis est: vt pesse nō audeat qui subesse nō didicerit. Nec obedientiam subiectis imperet: quā p̄latus nō nouit exhibere. Sz tamē sunt nōnulli qui ita per magisteriū sancti spiritus intrinsecus docent: vt ꝛ si eis exteri⁹ humani magisterij disciplina desijt magistri intimi cēsura nō desit. Quorū tamē libertas vite ab infirmis in exemplū nō est trahēda: ne dū se q̄sq; similiter sancto spū impletū psumit discipulū hoīs esse despiciat: ꝛ magister erroris fiat. Mens autē q̄ diuino spū implet hz euidentissime signa sua: v̄tutē scilz ꝛ humilitatē. Que si vtraq; in vna mēte pfecte pueniūt: liquet q̄ de presentia sci spūs testimonium ferunt. Sic quippe etiā Johānes baptista magistrum habuisse nō legit: neq; ipsa veritas q̄ p̄sentia corporali apostolos docuit

eum corpaliter inter discipulos aggregauit. Sed quē intrinsecꝰ docebat: extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic moyses in heremo doctus ab angelo mādatum didicit: quod per hominē non cognouit. Sed hec vt supra dixim⁹ infirmis veneranda sunt: nō imitanda.

Petrus.

PLacet quod dicis. Sed peto vt mihi dicas si tātus hic pater aliquē imitatorem sui discipulū reliquit. Cap. ij. Gregori⁹.

REuerendissimus vir libertinus: qui regis totile tēpore eiusdem fūdēsis monasterij ꝑposit⁹ fuit: in discipulatu illi⁹ cōuersatus atqz eruditus est. De quo quāuis virtutes multas plurimorū narratio certa vulgauerit: ꝑdictus tamē laurētius religiosus vir qui nunc superest: et ei ipso tēpore familiarissimus fuit: multa mihi de illo dicere consueuit. Ex quibus ea q̄ recolo pauca narrabo. In eadē ꝓuincia samnij quā supra memoraui: idem vir ꝓ vtilitate monasterij carpebat iter. Cūqz danda gothorū comes eum exercitu in loco eodē venisset: dei seru⁹ ex caballo in quo sedebat ab hoībus eius ꝓiectus est. Qui iumēti ꝑditi dānnū libēter ferēs: etiam flagellū quod tenebat diripientibus obtulit dicens. Tollite vt habeatis qualiter hoc iumentū minare possitis. Quibus dictis ꝓtinus se in oratione dedit. Cursu autem rapido ꝑdicti ducis exercitus ꝑuenit ad fluuiū noīe vulturnum. Ibi equos suos ceperūt singuli hastis tundere: calcarib⁹ cruentare: sed tamē equi verberibus cesi: calcarib⁹ cruētati: fatigari poterant: moueri nō poterāt. Sicqz aquā fluminis tangere quasi mortale precipitiū ꝑtimescebāt. Cūqz diu cedēdo sessores singuli fatigarentur: vnus eorum intulit: quia ex culpa quā seruo dei in via fecerāt: illa sui itineris dispēdia tolerabāt. Qui statim reuersi: post se libertinum reperiunt in oratione ꝓstratum. Cui cum dicerent surge tolle caballum tuū: ille respōdit. Ite cū bono: ego op⁹ caballo nō habeo. Descendentes vero inuitū eum in caballum de quo deposuerāt leuauerūt et ꝓtinus abscesserūt. Quorum equi tanto cursu illum quem prius transire nō poterant fluuiū transierūt: acsi ille fluuius alueus aquā minime haberet. Sicqz factum est vt dum suo dei vn⁹ suus caballus redditur: oēs a singulis reciperētur. Eodem quoqz tēpore in cāpanie partibus bucillinus cū francis venit. De monasterio vero prefati dei famuli rumor exierat: quod multas pecunias habuerat. Ingressiqz oratorium franci ceperunt seuiētes libertinū querere: libertinū clamare: vbi ille in orationem ꝓstratus iacebat. Mira valde res. Querētes seuiētesqz frāci:

in ipsum ingredientes ipingebant
7 ipsum videre nō poterāt. Sicqʒ
sua cecitate frustrati: a monasterio
vacui sunt regressi. Alio quoqʒ tē
pore p causa monasterij sui abba/
tis iussu qui honorato eius magi/
stro successerat rauennam pgebat
pro amore vero eiusdem venerabi
lis honorati quocunqʒ libertinus
ibat: eius semp caliculā in sinu por
tare cōsueuerat. Itaqʒ dum pgeret
accidit vt quedā mulier extincti fi/
lij corpusculū ferret. Que dum ser/
uum dei esset intuita amore filij suc
censa iumentū eius p frenū tenuit:
atqʒ cum iuramēto dixit. Nullate/
nus recedes nisi filiū meuʒ suscita/
ueris. At ille inusitatū habens tale
miraculū expauit petitionis illius
iuramentū: declinare a muliere vo
luit: sed nequaꝙ preualens hesit
animo. Cōsiderare libet quale quā
tūcumqʒ in eius pectore certamen
fuerit. Ibi quippe pugnabat inter
se humilitas ɔuersationis 7 pietas
matris. Timor ne inusitata psume
ret: dolor ne orbate mulieri subue/
niret. Sed ad maiorē dei gloriā vi
cit pietas illud pectus ꝟtutis. Qd
ideo fuit validū: q2 deuictū. Uirtu
tis eni pectus nō esset si hoc pietas
nō vicisset. Itaqʒ descēdit: genu fle
xit: ad celum manus tetēdit. Cali/
culamqʒ de sinu ꝓtulit: sup extin/
cti pueri pectus posuit. Quo orāte
aīa pueri ad corpus redijt. Quem
manu comprehēdit: 7 flenti matri
viuentē reddidit: atqʒ iter qd cepe
rat peregit. Petrus.

Uirtutem tāti miraculi hono/
rati egit meritum: an petitio
libertini? Gregorius.

Quidnā hoc esse dicimus? In
ostensione tam admirabilis
signi cuʒ fide femine virtus ɔuenit
vtrorūqʒ. Atqʒ ideo libertinū exi/
stimo ista potuisse: q2 plus didice/
rat de magistri ꝙ de sua virtute cō
fidere. Cuius eni caliculā in pecto/
re extincti corpusculi posuit: ei⁹ ni/
mirum aīam obtinere qd petebat
extimauit. Nam heliseus quoqʒ
magistri palliū ferens: atqʒ ad ior
danem veniēs pcussit semel: 7 aqs
minime diuisit. Sed cum repēte di
ceret: vbi est etiam nūc deus helie:
percussit fluuiuʒ magistri pallio: 7
iter inter aquas fecit. Perpēdis pe
tre quantū exhibendis virtutibus
humilitas valet? Tūc exhibere ma
gistri virtutē potuit: quādo magi/
stri nomen ad memoriam reduxit.
Quia eni ad humilitatē sub magi/
stro redijt: quod magister fecerat
7 ipse fecit. Petrus.

Libet qd dicis. Sed q̄so te:
est ne aliqd aliud qd adhuc
de ipso ad nostram edificationem
narres? Gregorius.

Est plane. Sed si sit qui ve/
lit imitari. Ego eni virtutē patien/
tie signis 7 miraculis maiorē cre/
do. Quadā nāqʒ die is qui post ve
nerabilis honorati exitum mona/

sterij regimen tenebat. Cōtra eundem venerabilez libertinū in graui iracūdia exarsit: ita vt in eum manibus cederet. Et quia virgaz qua eū ferire posset minime inuenit: cōprehenso scabello suppedaneo ei⁹ caput ac faciē tutudit: totūq; illius vultum tumētem ac liuiduz reddidit. Qui vehemēter cesus ad stratum proprium tacitus secessit. Die vero altera: ei erat pro vtilitate monasterij causa constituta. Expletis igitur hymnis matutinalib⁹: libertinus ad lectum abbatis venit: orationem dari sibi humiliter petijt. Sciens vero ille quātum a cūctis honoraret quātumq; diligeretur pro iniuria quā ei ingesserat: recedere eum velle de monasterio putabat: atq; requisiuit dicens. Ubi vis ire? Cui ille respondit. Monasterij causa cōstituta est pater quaz declinare nequeo: q2 hesterna die me hodie iturū promisi: ibi ire disposui. Tunc ille a fundo cordis cōsiderans asperitatē ꝛ duritiā suaz: humilitatem ac mansuetudinez libertini ex lecto prosiluit: pedes libertini tenuit: se peccasse se reum esse testatus est: quia tāto taliq; viro tam crudelem facere contumeliam presumpsisset. At cōtra libertinus sese in terram prosternens: eiusq; pedibus prouolutus sue culpe nō illius seuitie fuisse referebat quod ptulerat. Sicq; actuz est: vt ad magnaz māsuetudinem pducere-tur pater: ꝛ humilitas discipuli magistra fieret magistri. Cūq; p vtilitate monasterij ad cōstitutionem cause egressus fuisset libertinus: multi viri noti ac nobiles q̄ eū valde semp honorabāt: vehementer admirati solicite requirebāt dicentes. Quidnā hoc esset q tam tumentem ac liuidā faciem haberet: quibus ille dicebat. Hesterno sero peccatis meis faciētibus in scabello suppedaneo impegi: atq; hoc ptuli. Sicq; vir sanctus seruans in pectore honorez veritatis ꝛ magistri: nec patris prodebat viciū: nec falsitatis incurrebat peccatum.

Petrus. Putas ne vir iste venerabilis libertinus: de quo tot signa ꝛ mirabilia retulisti: in tā amplam congregationez imitatores suos in virtutibus nō reliquit?

Gregori⁹. Felix qui appellabatur curuus. quez ipse bene cognouisti q̄ eiusdē monasterij nuper prepositus fuit: multa mihi de fratribus eius monasterij admirāda narrabat: Ex quibus aliqua q̄ ad memoriaz veniūt supprimo: q2 ad alia festino. Sed vnum dicam: quod ab eo narratū pretereūdum nullo modo estimo. Ca. iij.

In eodez monasterio quidā magne vite monachus erat hortolan⁹. Fur vero venire cōsueuerat: p sepē ascēdere ꝛ occulte olera auferre. Cūq; ille multa plātaret que minus inueniret: ꝛ alia pe-

dibus cõculcata: alia direpta cõspiceret: Totum hortũ circũiens inuenit iter vnde fur venire consueuerat. Qui in eũdem hortum deãbulans repperit etiam serpentem: cui precipiẽs dixit: Sequere me. Atqȝ ad aditũ furis ꝑueniens: imperauit serpẽti dicens. In nomine iesu p̄cipio tibi. vt aditum istum custodias: ac furem huc ingredi non ꝑmittas. Protinus serpẽs totuȝ se in itinere in transuersum tetẽdit: ⁊ ad cellã monachus redijt. Cumqȝ meridiano tẽpore cũcti quiescerẽt: more solito fur aduenit: ascẽdit sepem. Et dum in hortũ pedeȝ poneret vidit subito qꝛ tẽsus serpẽs clausisset viam: ⁊ tremefactus post semetipsum cõcidit: eiusqȝ pes ꝑ calciamentũ in sude sepis ihesit: sicqȝ vsqȝ duȝ hortolanus rediret: deorsum capite pepẽdit. Cõsueta hora venit hortolanus: pẽdẽtem in sepe furem repperit: serpẽti auteȝ dixit. Gratias deo. Implesti qđ iussi: recede modo. Qui ilico abscessit. Ad furẽ ṽo ꝑueniens ait. Quid est frater? Tradidit te mihi deus. Quare in laborem monachorũ furtũ totiens facere p̄sumpsisti? Et hec dicens: pedem illius a sepe in qua inheserat soluit: eũqȝ sine lesione deposuit. Cui dixit: sequere me. Quẽ sequentẽ duxit ad horti aditum: ⁊ olera q̃ furto appetebat auferre: ei cuȝ magna dulcedine p̄buit dicẽs. Vade ⁊ post hec furtuȝ nõ facias: Sed cuȝ necesse habes: huc ad me ingredere: ⁊ que tu cum peccato laboras tollere: ego tibi deuotus dabo.

Petrus.

Nunc vsqȝ vt inuenio: incassum ego non fuisse patres in italia qui signa facerẽt estimabam.

Fortunati viri ve- Gregorꝰ. nerabilis abbatis monasterij quod appellabatur balneũ ciceronis: aliorumqȝ etiam virorũ venerabilium didici relatione quod narro.

Cap. iiij.

Vir sanctissimus equitius nomine in valerie partibus prouincie sui merito apud omnes illic. magne admirationis habebatur. Cui fortunatꝰ ideȝ familiariter notus fuit. Qui nimirũ equitius pro sue magnitudine sanctitatis: multorum in eadem ꝓuincia monasteriorum pater extitit. Hunc cum iuuentutis sue tempore acri certamie carnis incẽtiua fatigarent: ipse sue temptationis angustie ad oratiõis studium solertiorẽ fecerunt. Cũqȝ hac in re ab omnipotẽte deo remedium cõtinuis precibus quereret: nocte quadam assistente angelo eunuchiçari se vidit: eiusqȝ visiõi apparuit: qꝫ omnẽ motum ex genitalibus mẽbris eius absideret: atqȝ ex eo tempore ita alienus extitit a temptatione: acsi sexum non haberet in corpore. Quia virtute fretus ex dei omnipotentis auxilio: vt viris ante preerat: ita cepit postmo-

dum etiaȝ feminis preesse: Nec ta
mē discipulos suos admonere ces
sabat: ne se exemplo eius in hac
re facile crederēt: ⁊ casuri tempta
rent donum quod nō accepissent.

Eo autē tempore quo malefici in
hac sunt romana vrbe deprehensi:
Basilius qui magicis opibus pri
mus fuit: in monachico habitu va
leriam fugiēs petijt. Qui ad viruȝ
reuerētissimum castorium amiter
nine ciuitatis episcopū pgens: po
stulauit ab eo vt euȝ equitio abbati
cōmitteret: ac sanādū monasterio
illius cōmendaret. Tunc ad mona
sterium venit episcopus: secūqȝ ba
siliuȝ monachū deduxit: ⁊ equitiū
dei famulū: ⁊ vt eūdē monachū in
congregatione susciperet rogauit.
Quē statim vir sanctus intuēs ait:
hunc queȝ mihi cōmendas pater:
ego nō video monachū esse: sȝ dia
bolū. Cui ille respōdit: Occasionē
queris ne debeas pstare qd pete
ris. Ad queȝ mox dei famulus di
xit. Ego quidē hoc eū denūcio esse
qd video. Ne tū nolle me obedire
existimes: facio qd iubes. Susce
ptus est itaqȝ in monasterio. Non
post multos dies: idē dei famulus
p exhortādis ad desideria supna
fidelibus: paulo longius a cella di
gressus est. Quo discedente: conti
git vt i monasterio virginū in quo
eiusdeȝ patris cura vigilabat: vna
earum que iuxta carnis huius pu
tredinem speciosa videbat febrire
inciperet: ⁊ vehemēter anxiari: ma
gnisqȝ nō iam vocibus sed stridori
bus clamare. Modo moritura sūt
nisi basilius monachus veniat: et
ipse mihi p sue curationis studium
salutē reddat. Sed in tanti patris
absentia: accedere quispiam mona
chorum in congregationē virginū
minime audebat: Quātominus ille
q nouus aduenerat: eiusqȝ adhuc
vitam fratrū cōgregatio nesciebat:
Missum repente est: ⁊ dei famulo
equitio nunciatum q sanctimonia
lis illa immensis febribus estua
ret: ⁊ basilij monachi visitationem
anxie qreret. Quo audito vir san
ctus dedignando subrisit atqȝ ait.
Nunqd nō dixi qr diabolus esset
iste: non monachus: Ite ⁊ de cella
eum pjicite. De ancilla autē dei que
anxietate febriū vrgetur nolite esse
solliciti: qr ex hac hora neqȝ febri
bus laboratura est: neqȝ basiliū qsi
tura. Regressus est monachus: ⁊
ea hora saluti restitutā dei virginē
agnouit: qua eādem salutem illius
dei famulus equitius longe positus
dixit. In virtute scilȝ miraculi exē
plum tenens magistri: q inuitatus
ad filiū reguli eum solo verbo resti
tuit saluti: vt reuertēs pater: ea ho
ra filiuȝ restitutū vite cognosceret:
qua hora vitaȝ illius ex ore verita
tis audisset. Omnes aūt monachi
iussionē sui patris implentes: eun
dem basilium ex monasterij habi
tatione repulerunt. Qui repulsus:

dixit frequēter se cellulam eq̄tij magicis artibus i aera suspēdisse: nec tamē eius quēpiã ledere potuisse. Qui nō post longū tempus in hac romana vrbe exardescēte celo christiani populi igne crematꝰ ē. Quadam ꝟo die vna dei famula ex eodem monasterio virginū hortum ingressa est. Que lactucā cōspiciēs concupiuit: eãq̄ȝ signo crucis benedicere oblita auide momordit. Sȝ arrepta a diabolo ꝓtinus cecidit. Cumq̄ȝ vexaretur: eidē patri equitio sub celeritate nunciatū est vt cōciter veniret: ⁊ orando cōcurreret. Morq̄ȝ vt hortum idem pater ingressus est: cepit ex eius ore quasi satisfaciens ipse qui hanc arripuerat diabolus clamare dicens. Ego quid feci? Ego quid feci? Sedebā ibi super lactucam: venit illa ⁊ momordit me. Cui cum graui indignatione vir dei precepit vt abscederet: ⁊ locum in omnipotētis dei famula nō haberet. Qui ꝓtinus abscessit: nec eam cōtingere vltra preualuit.

Quadam vero die felix nomine nursie ꝓuincie nobilis pater huius castorij qui nūc nobiscuȝ in romana vrbe demoratᷣ. Cum eūdem venerabilē virū sacruȝ ordinē nō habere ꝯspiceret ⁊ eum videret ꝑ singula loca discurrere atq̄ȝ studiose ꝑ̄dicare: quadā die familiaritatis ausu adijt dicens. Qui sacruȝ ordinē non habes: atq̄ȝ a romano pōtifice sub quo degis ꝑ̄dicationis licentiãȝ nō accepisti: ꝑ̄dicare quō presumis? Qua eius inq̄sitione cōpulsus vir sanctus indicauit predicationis licentiā qualiter accepit dicens. Ea que mihi loqueris: ego quoq̄ȝ mecum ipē pertracto. Sed nocte quadā speciosus mihi per visionē iuuenis astitit: atq̄ȝ in linguā meã̄ȝ medicinale ferramentū idest flebothomū posuit dicēs. Ecce posui verba mea in ore tuo: egredere ad predicandū: atq̄ȝ ex illo die etiā cum voluero de deo tacere nō possum.

Petrus.

Uellem patris huiꝰ etiā opus agnoscere: qui fertᷣ talia dona ꝑcepisse.

Gregorius.

Opus petre ex dono est: non donuȝ ex ope. Alioquin gratia iam non est grā. Omne quippe opus dona preueniunt: quãuis ex subseq̄ūti ope ipsa etiam dona succrescant. Ne tamē vite eius cognitione frauderis: bene hunc reuerētissimus vir albinꝰ reatine antistes ecclesie cognouit: ⁊ adhuc supsunt multi qui scire potuerūt. Sed q̄d plus queris opis quādo cōcordabat vite mūditia cum studio ꝑ̄dicationis? Tantus q̄ppe illum ad colligendas deo animas feruor accenderat: vt sic monasterijs ꝑ̄esset q̄tenus ꝑ ecclesias: ꝑ castra: ꝑ vicos: per singulorū quoq̄ȝ fidelium domos circūquaq̄ȝ discurreret: ⁊ corda audiētium ad amorē patrie celestis excitaret. Erat ꝟo valde vilis

michi dele
[illegible]

in vestibus atque ita despectus: vt si quis illum fortasse nesciret: salutatus etiam resalutare despiceret. Et quotiens ad alia tendebat loca iumentū sedere consueuerat: quod esset despicabilius iumentis omnibus que in cella potuissent reperiri. In quo etiam capistro pro freno: et verue cum pellibus pro sella vtebatur. Super semetipsum sacros codices i pelliceis saculis missos dextro leuoque latere portabat. Et quocumque peruenisset scripturarum aperiebat fontem: et rigabat prata mentium. Huius quoque opinio predicationis ad romane vrbis noticiam peruenit. Atque vt est lingua adulantium auditoris sui animam amplectando necans: Eo tempore clerici huius apostolice sedis antisti adulādo questi sunt dicentes. Quis est iste vir rusticus qui auctoritatem sibi predicationis arripuit: et officium apostolici nostri domini sibimet vsurpare indoctus presumit? Mittatur igitur si placet qui huc eum exhibeat: vt quis sit ecclesiasticus vigor agnoscat. Sicut autem moris est vt occupato in multis animo adulatio valde surripiat: si ab ipso cordis ostio nequaquam fuerit citius repulsa. Suadētibus se clericis cōsensum pontifex prebuit: vt ad romanam vrbem deduci debuisset: et quēnam sua esset mensura cognosceret. Julianum tamen tunc defensorem mittens qui sabiniēsi ecclesie postmodum in episcopatu p̄fuit. Hoc p̄cepit: vt cum magno eum honore deducerent: nec quicquam dei famulus ex conuentione eadem iniurie sentiret. Qui parere de eo clericorum votis cōcitus volēs festine ad eius monasterium cucurrit. Ibique absente illo antiquarios scribentes repperit: et vbi abbas esset inquisiuit. Qui dixerunt. In vale hac que monasterio subiacet: fenum secat. Idem vero iulianus superbum valde atque contumacem puerum habuit: cui vix poterat vel ipse dominari. Hunc ergo misit: vt eum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer: et proteruo spiritu pratum velociter ingressus: omnesque intuens illic fenum secantes requisiuit quisnam esset equitius. Mox que vt audiuit quis esset: eum adhuc longe positus aspexit: et immenso timore correptus: cepit timere: lassescere: seque ipsum nutanti gressu vix posse portare. Qui tremens ad dei hominem peruenit: atque vlnis humiliter eius genua deosculās strinxit: suumque dominum ei occurrisse nunciauit. Cui resalutato: dei famulus precepit dicens. Leua fenum viride: porta pabulum iumentis in quibus venisti. Ecce ego: quia parum superest operis: expleto opere te subsequor. Is autem qui missus fuerat iulianus defensor mirabatur valde: quidnam esset quod

redire moraretur puer. Cum ecce reuertentem puerum conspicit: atqz in collo fenum ex prato deferentem. Qui vehementer iratus: cepit clamare dicens. Quid est hoc? Ego te misi hominem deducere: non fenum portare. Cui respondit puer. Quez queris: ecce subsequitur. Cum ecce vir dei clauatis calciatus calceis: falcem fenariam in collo deferens veniebat. Quē adhuc longe positum: puer suo domino quia ipse esset quez quereret indicauit. Idem vero iulianus repente vt vidit dei famulum: ex ipso habitu despexit. Eumqz qualiter deberet alloqui proterua mēte preparabat. Mox vero vt seruus dei cominus affuit: eiusdem iuliani animum intolerabilis pauor inuasit: ita vt tremeret atqz ad insinuandum hoc ipsum quod venerat vix sufficere lingua potuisset. Qui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit: orationem pro se fieri petijt: ⁊ quia pater eius apostolicus pontifex eum videre vellet indicauit. Uir autez venerādus equitius cepit immēsas gratias omnipotēti deo agere asserens: qꝫ se p summū pontificem gratia supna visitasset. Ilico vocauit fratres: pcepit hora eadem iumēta preparari: atqz executorem suū cepit vehemētissime vrgere: vt statiꝫ exire debuissent. Cui iulianus ait. Hoc fieri nullatenus potest: quia lassatus ex itinere hodie nō valeo exire. Tunc ille respōdit. Contristas me fili: quia si hodierna die nō egrediemur: iam crastina nō exibimus. Dei itaqz famulus executoris sui lassitudine coactus: in monasterio suo eadez nocte moratus est. Cum ecce sequenti die sub ipso lucis crepusculo: vehementer equo in cursu fatigato ad iulianum puer cum epistola venit: in qua ei preceptum est ne seruum dei contingere vel mouere de monasterio auderet. Quem cum ille audiret atqz requireret cur sententia esset mutata: cognouit. Quia nocte eadem qua illuc ipse executor missus est: per visum pontifex fuerat vehementer exterritus: cur ad exhibēdum dei hominem mittere presumpsisset. Qui protinus surrexit: seqꝫ venerādi viri orationibus commēdans ait. Rogat pater vester ne fatigari debeatis. Cūqꝫ hic dei famulus audisset contristatus ait. Nunquid non die hesterno dixi: quia si non statim pergimus: iam pergere minime licebit? Tunc pro charitatis exhibitione: aliquātulum executorem suuꝫ in cella retinuit: eiqꝫ laboris sui cōmodum coacto renitentiqꝫ dedit. Cognosce igit petre in quāta dei custodia sunt: q in hac vita seipsos despicere nouerunt. Cum quibus intus ciuibꝰ in honore numerant: q despecti foris hoibus esse nō erubescunt. Quia ecōtra in dei oculis

iacent: qui apud suos ⁊ ꝓrimoꝝ oculos ꝑ inanis glorie appetitũ tument. Unde ⁊ quibusdã veritas dicit. Uos estis q iustificatis vos coram hoibus: deus autez nouit corda vestra. Quia qḋ apud hoies altum est: abominabile est apud deũ.

Mirorvalde ꝙ de ta Petrus. li viro surripi põtifici potuit tanto. Gregorius.

Quid miraris petre q falli mur q hoies sumus? An mẽte excidit: ꝙ dauid qui prophetie spiritum habere cõsueuerat: cõtra innocentẽ Jonathe filiũ sentẽtiam dedit cũ verba pueri mẽtientis audiuit? Quod tamen q ꝑ dauid factum est: ⁊ occulto dei iuditio iustũ credimus: ⁊ tamen humana rõne qualiter iustũ fuerit nõ videmus. Quid ergo mirũ si ore mentientiũ aliquãdo in aliud ducimur: qui ꝓphete nõ sumus? Multuz vero est ꝙ vniuscuiusqꝫ ꝑsulis mentez curarum densitas deuastat. Cumqꝫ animus diuiditur ad multa: fit minor ad singula. Tantoqꝫ ei in vna qualibet re surripitur: quanto latius in multis occupatur. Petrus.

Uera sunt valde que dicis. Gregori⁹.

Silere nõ debeo Gregori⁹. Si qḋ de hoc viro abbate quõdam meo reuerẽtissimo valentino narrante cognoui. Aiebat nãqꝫ q corpus eius dum in beati laurentij martyris oratorio esset humatum: sup sepulchrũ illius rusticus quidã arcã cum frumẽto posuit: nec quãtus qualisqꝫ vir illic iaceret perpendere ac vereri curauit. Cum repẽte turbo celitus factus rebus illic omnibus in sua stabilitate manẽtibus archã que supposita sepulchro ei⁹ fuerat extulit: lõgeqꝫ ꝓiecit: vt palam cũcti agnoscerẽt quãti esset meriti is cui⁹ illic corpus iaceret. Ea etiaz q subiũgo ꝑdicti venerabilis viri fortunati: qui valde mihi eqꝫ tate opere ⁊ simplicitate placet: relatione cognoui. Eandẽ valerie prouinciam longobardis intrãtibus: ex monasterio reuerentissimi viri equitij in ꝑdicto oratorio ad sepulchruz eius monachi fugerũt. Cũqꝫ lõgobardi seuiẽtes oratoriũ intrassent: ceperũt eosdẽ monachos foras trahere: vt eos aut ꝑ tormenta discuterent: aut gladijs necarent. Quoꝝ vn⁹ ingemuit: atqꝫ acri dolore cõmotus clamauit. Scẽ eqti placet tibi ꝙ trahamur ⁊ non nos defendas? Ad cuius vocẽ ꝓtinus seuientes longobardos immũdus spũs inuasit. Qui corruẽtes in terram tãdiu vexati sunt quousqꝫ hoc cuncti etiã qui foris erãt longobardi cognoscerent: quatenus locum sacrum temerare vlterius non auderent. Cap. v.

Cuiusdam coepiscopi mei didici relatione qḋ narro: q in anchonitana vrbe ꝑ ãnos multos in monachico habitu deguit: ibiqꝫ vitam non mediocriter religiosam

duxit. Cui etiaz quidã nr̃i iam ꝓ/
uectioris etatis q̃ ex eisdẽ sunt pri
bus attestantur. Juxta eam nãq3
ciuitatẽ ecclesia beati martyris ste
phani sita est. In qua vir vite vene
rabilis cõstantin⁹ noĩe mãsionarij
functus officio deseruiebat. Cui⁹
sanctitatis opinio sese ad noticiaz
hominũ longe lateq3 tetẽderat: q2
idem vir fundit⁹ terrena despiciẽs
toto nisu mẽtis ad sola celestia fla
grabat. Quadam vero die dum in
eadem ecclesia oleum deesset. Et
p̄dictus domini famulus vnde lã/
pades accenderet oĩ modo nõ ha
beret: oẽs lãpades ecclesie imple/
uit aq̃: atq3 ex more in medio pa/
pirum posuit: quas allato igne suc
cendit. Sicq3 aqua arsit in lampa
dibus ac si oleum fuisset. Perpen
de igit̃ petre cuius meriti iste vir
fuerit: qui necessitate cõpulsus ele
menti naturã mutauit. Petrus.

MIruz est valde quod audio:
sed velim nosse cuius humi/
litatis apud se int⁹ esse potuit iste:
qui tante excellentie foris fuit.

INter virtutes Gregori⁹.
animuz congrue requiris: q2
multũ valde est qd̓ tẽptatione sua
intus mentẽ lacessunt mira que fo
ris fiũt. Sed si huius ꝯstantij ve
nerabilis vnuz qd̓ fecit audis: cui⁹
humilitatis fuerit citius agnoscis.

POstquã facti illius Petr⁹.
tale miraculuz dixisti: supest
vt me etiam de humilitate mentis
eius edifices. Gregorius.

QUia valde opinio sanctita/
tis ei⁹ excreuerat: multi hũc
ex diuersis ꝓuincijs anxie videre
sitiebãt. Quadã vero die ex lõgin/
quo loco ad videndũ eum quidam
rusticus venit. Eadẽ ṽo hora casu
cõtigerat: vt sanctus vir stans in li
gneis gradibus reficiẽdis lãpadi/
bus deseruiret. Erat autẽ pusillus
valde: exili forma atq3 despecta.
Cũq3 is q̃ ad vidẽdũ eũ venerat:
quisnã esset inq̃reret: ac obnixe pe/
teret vt sibi debuisset ostẽdi: hi qui
illum nouerãt monstrauerũt quis
esset. Sed sicut stulte mẽtis hoĩes
meritũ ex qualitate corporis metiũ
tur: eum paruulũ atq3 despectũ vi/
dens: ipsum hũc esse cepit oĩno nõ
credere. In mẽte eteni rustica inter
hoc qd̓ audierat ⁊ videbat: quasi
facta fuerat quedã rixa. Et estima
bat tam breuẽ hominẽ per visionẽ
esse nõ posse: quẽ tam ingẽtem ha/
buerat p opinionẽ. Cui ipsum esse
dum a pluribus fuisset astructum:
desperit ⁊ irrisit dicens. Ego grã/
dem hominez credidi: iste de hoĩe
nihil habet. Quod vt vir dei con/
stantius audiuit: lampades quas
reficiebat ꝓtinus letus relinquẽs
cõcitus descẽdit: atq3 in eiusdez ru
stici amplexuz ruit: cũq3 ex amore
nimio ꝯstringere cepit brachijs ⁊
osculari: magnasq3 gratias agere:
q̄ de se talia iudicasset dicẽs. Tu so
lus es qui in me oculos aptos ha/

buisti. Ex qua repensandū est cuius apud se humilitatis fuit: q̄ despicientem rusticum amplius amauit. Qualis enī quisq3 apud se lateat: cōtumelie illate probāt. Nam sicut supbi honoribus: sic plerūq3 humiles sua despectiōe gratulant. Cumq3 se 7 in alienis oculis viles aspiciunt: idcirco gaudēt quia hoc iudicium cor firmari intelligūt: qd de se 7 ipi apud semetipos habuerunt. Petrus.

Ut agnosco vir iste magnus foris fuit i miraculis: sed maior intus in hūilitate. Cap. vi. Grego.

Eiusdez quoq3 anchonitane antistes ecclesie: virtute venerabilis marcellin⁹ fuit. Cuius gressuz dolore nimio podagra contraxerat. Cumq3 familiares sui sicubi necesse esset: in manibus ferebant. Quadam vero die p culpam incurie eadē ciuitas anchonitana succēsa est. Cumq3 vehemēter arderet: concurrerūt omnes vt ignē extinguerent. Sed illis aquaz certatim proiciētibus ita crescebat flamma: vt iam totius vrbis interitū minari videret. Cumq3 propinquiora sibi queq3 loca ignis inuaderet: iā q3 vrbis partem non modicā consumpsisset 7 obsistere nullus valeret: deductus in manib⁹ venit episcopus. Et tāta periculi necessitate cōpulsus: familiaribus suis se portantibus p̄cepit dicēs. Cōtra ignē me ponite. Qd ita factum est: atq3 in eo loco positus est: vbi tota vis flamme videbatur incūbere. Cepit autē miro modo in semetipso incēdium retorqueri: ac si reflexiōe sui impet⁹ exclamaret: se epm transire nō posse. Sicq3 factuz est: vt flamma incēdij illo termino refrenata: in semetipsa frigesceret: 7 extingere vlterius quicq̄ edificij nō auderet. Perpendis petre cuius sanctitatis fuerit egrum hominem contra ignem sedere: 7 orando flammas opprimere? Petrus.

Et perpendo 7 obstupesco. Cap. vij. Grego.

De vicino nūc loco aliqd tibi narrabo: 7 qd viri venerabilis maximiani epi: 7 laurionis quē nosti veterani monachi: q̄ vtriq3 nūc vsq3 supest relatiōe cognoui. Qui scil3 laurio in eo monasterio quod iuxta nepe stinam vrbem subpentoma vocat ab anastasio viro scīssimo nutritus est. Qui nimir3 anastasius vir vite venerabilis viro nōnoso p̄posito monasterij: qd in soractis mōtem situm est: 7 ppinquitate loci 7 morum magnitudine 7 virtutum studijs assidue iungebat. Idem vero nōnosus sub asperrimo sui monasterij degebat patre: sed ei⁹ mores mira semper equanimitate tolerabat. Sicq3 fratribus in māsuetudine preerat: sicut crebro patris iracundiam ex humilitate mitigabat. Quia vero ei⁹ monasteriū in summo montis cacumine situm est: ad

quēlibet paruū hortū fratrib⁹ ex colendū nulla planicies patebat. Unus aūt breuissimus locus in la tere mōtis excreuerat: quē ingenti saxi naturaliter egrediēs moles oc cupabat. Quadam die dum nōno sus venerabilis cogitaret: ꝙ saltē ad condimēta olerum nutriēda lo cus idem aptus potuisset existere: si hūc moles saxi illius nō teneret: occurrit animo: quia eādem molē quinquaginta boū paria mouere nō possent. Cumqꝫ de humano la bore esset facta desperatio: ad diui num se solatiū contulit: seseqꝫ illic nocturno silētio in oratione dedit. Cum mane facto ad eundē locum fratres venerunt: atqꝫ inuenerunt molem tante magnitudinis ab eo dē longius recessisse: suo quoqꝫ re cessu largum fratribus spatiū de disse. Alio quoqꝫ tēpore cum idē venerabilis vir lampades vitreas in oratorio haberet: vna ex ei⁹ ma nibus cecidit: que p innumeras p tes desilijt fracta. Qui vehemētissi mum patris monasterij furorē ti mens: lampadis ptinus oīa frag menta collegit: atqꝫ ante altare po suit: seqꝫ cum graui gemitu in ora tionem dedit. Cumqꝫ ab oratione caput leuasset: sanam lampadē rep perit: quā timēs per fragmēta col legerat. Sicqꝫ in duobus miracu lis duorū patrum est virtutes imi tatus. In mole scilꝫ saxi factū gre gorij qui mōtem mouit: in repara tione vero lampadis virtutem do nati: qui fractū calicē pristine inco lumitati restituit. Petrus.

Habemus vt video de exēplis veteribus noua miracula.

Gregori⁹. Vis ne aliquid in operatione nōnosi de imi tatione quoqꝫ helisei cognoscere? Petrus.

Uolo atqꝫ inhiāter cupio. Gregorius.

Cum quadā die in monaste rio vetus oleum deesset: iāqꝫ colligēde oliue tēpus icūberet: sꝫ in oliuis fruct⁹ nullus apperet: visuꝫ patri monasterij fuerat vt circunqꝫ fratres in colligēdis oliuis ad exhibenda extraneis opera perge rent: quatenus ex mercede sui ope ris aliquātulum monasterio oleuꝫ deportarēt. Qd vir domini nōno sus fieri cuꝫ magna humilitate p hibuit: ne exeūtes fratres ex mona sterio dum lucra olei quererēt: ani marum damna paterentur. Sed quia in monasterij arboribus oli ue pauce inesse videbātur: eas colli gi pcepit ⁊ in prelo mitti: ⁊ quātū libet parum oleum exire potuisset: sibimet deferri. Factumqꝫ est: ⁊ su sceptum in paruulo vasculo oleuꝫ: fratres nonnoso dei famulo detu lerunt. Quod ipse protinus ante al tare posuit: cunctisqꝫ egrediētibus orauit: atqꝫ a scitis fratribus post modum pcepit: vt quod detulerāt oleū leuarēt: ⁊ p cūcta vasa mona sterij exigue fundendo diuiderēt:

qualatenus benedictiõe eiusdẽ olei omnia infusa viderentur. Que pro tinus vt erant vacua claudi fecit. Die vero alio aperta vasa: omnia plena reperta sunt. Petrus.

PRobamus quotidie impleri verba veritatis q̃ ait: pater meus vsq3 modo operatur: ⁊ ego operor. Cap. viij Gregorius.

EOdẽ quoq3 tp̃e venerãdus anastasius: cui⁹ superi⁹ memoriã feci: scẽ romane ecclesie: cui deo auctore deseruio: notari⁹ fuit. Qui soli deo vacare desiderãs: scrinium deseruit: monasteriu3 elegit Atq3 in eo loco quẽ prefatus su3: qui subpẽtoma vocatur: p annos multos in sanctis actib⁹ vita3 duxit: eiq3 monasterio solerti custodia p̃fuit. Quo videlicet in loco ingẽs desup rupes eminebat: ⁊ ꝓfũdu3 subter p̃cipitiũ patet. Quadã vero nocte cũ iã oĩpotẽs deus: ei⁹ venerabilis viri anastasij labores remunerare decreuisset: ab alta rupe vox facta est: q̃ ꝓducto sonitu clamaret dicens: Anastasi veni. Quo vocato: alij quoq3 septẽ fratres ex nomie sunt vocati. Paruo aũt momẽto ea que fuerat emissa vox siluit: ⁊ octauũ fratrẽ vocauit. Quas du3 aperte voces cõgregatio audisset: dubiũ nõ fuit: q2 eoꝝ qui vocati fuerant obitus propinquasset. Intra paucos igitur dies prius venerãdus vir anastasi⁹: ceteri autẽ in eo ordine ex carne ducti sũt: quo de rupis vertice fuerãt vocati. Frater vero ille ad quẽ vocãdũ vox parũ siluit: atq3 eũ ita nominauit: morientibus alijs paucis diebus vixit: ⁊ tũc vitã finiuit. Ut aperte mõstraret: q2 iteriectũ vocis silẽtiũ paruũ spatiũ viuẽdi signauerit. Sed mira res cõtigit: q2 dũ venerabilis vir anastasius de corpore exiret: erat q̃dã frater in monasterio q̃ sup eu3 viuere nolebat. Prouolutus ei⁹ pedibus cepit ad eũ cum lacrimis postulare dicens: Per illu3 ad quẽ vadis te cõiuro: ne septẽ dies super te in hoc mũdo faciã. Ante cuius septimũ diẽ etiã ipse mortuus est: q̃ tamẽ in illa nocte iter ceteros nõ fuerat vocatus. Ut apte claresceret: q2 eius obitũ sola venerabilis anastasij itercessio obtinere potuisset. Petrus.

CUm idẽ frater vocatus iter ceteros nõ est: ⁊ tamẽ scti viri itercessionib⁹ ex hac luce subtractus est: quid aliud datur intelligi: nisi q̃ hi qui apud dominũ magni sunt meriti: obtinere aliquãdo possunt ea etiã que nõ sũt p̃destinata. Gregori⁹.

OBtinere nequaq̃ possunt que p̃destinata nõ fuerint: sed ea q̃ sancti viri orando efficiũt: ita p̃destinata sunt vt precibus obtineant. Nã ipsa quoq3 perennis regni p̃destinatio ita est ab oĩpotẽte deo disposita: vt ad hoc electi ex labore perueniãt: q̃tenus postulando mereãtur accipere: q3

tis oipotēs deus ante secula dispo suit donare. Petrus.

PRobari mihi aptius velim: si potest predestinatio preci/ bus adiuuari. Gregorius.

HOc qd ego petre intuli: cōci/ te valet ꝓbari. Certe eteni no sti quia ad abraam dominus dixit. In isaac vocabitur tibi semen. Cui etiam dixerat: patrem multarū gē/ tium cōstitui te. Cui rursus promi/ sit dicens. Benedicā tibi ⁊ multi/ plicabo semen tuū sicut stellas celi: ⁊ velut arenā que est in littore ma/ ris. Ex qua re apte cōstat: qꝫ omni potens deus semen abrae multipli care p isaac pdestinauerat: ⁊ tamē scriptū est: deprecatus est isaac do/ minum ꝓ vxore sua eo ꝙ esset steri lis. Qui exaudiuit eum: ⁊ dedit cō/ ceptum rebece. Si ergo multiplica tio generis abrae p isaac predesti/ nata fuit: Cur cōiugem sterilē acce pit? Sed nimirū cōstat: quia preci bus impletur pdestinatio: quādo is in quo deus multiplicare semen abrae predestinauerat: oratiōe ob/ tinuit: vt filium habere potuisset.

QUia secretuꝫ ratio Petrus. aperuit: nihil mihi dubietatꝫ remansit. Gregorius.

UIs tibi aliqd de tuscie parte narrē: vt cognoscas quales in ea viri fuerint: ⁊ oipotentis dei noticie ꝓpinqui. Petrus.

UOlo: atqꝫ hoc omnino expo sco. De bonifacio ferētis ciuitatis epō. Cap. ix. Grego.

FUit vir vite venerabilis bo/ nifacius noie: q in ea ciuitate q ferentis dicit̄ episcopatū officio tenuit: moribꝫ impleuit. Huius mi hi multa miracula his q adhuc su/ perest gaudentius p̄sbyter narrat: qui in eius obsequio nutritus: tāto valet de illo queqꝫ veracius dicere: quāto eis hūc cōtigit interesse. Hu ius ecclesie grauis valde pauptas inerat: que bonis mētibus esse so/ let custos hūilitatis. Nihilqꝫ aliud ad omne stipendiū: nisi vnā tm̄mo do vineam habebat. Que quodaꝫ die ita grādine irruēte vastata est: vt in ea in paucis vitibus vix parui rariqꝫ racemi remanerēt. Quā cuꝫ predictus vir reuerētissimus boni/ facius episcopus fuisset ingressus: magnas omnipotenti deo gratias retulit: qꝫ in ipsa sua adhuc inopia sese angustiari cognouit. Sed cuꝫ iam tempus exigeret: vt ipsi quoqꝫ racemi qui remanserāt maturesce/ re potuissent custodeꝫ vinee ex mo/ re posuit: eāqꝫ solerti vigilantia cu/ stodire p̄cepit. Quadā vero die ius sit cōstātio p̄sbro nepoti suo: vt cū/ cta vini vascula in episcopio: oīaqꝫ dolia ita vt ante psueuerāt: supfusa pice prepararet. Quod cum nepos illius presbyter audisset: admirat᷒ valde est ꝙ quasi insana p̄ciperet: ⁊ vini vascula pparare faceret: qui vinum minime haberet. Nec tamē presumpsit inquirere cur talia iube

ret: sed iussis obtemperãs omnia ex more p̄parauit. Tunc vir dei vineam ingressus: racemos collegit ⁊ ad calcatoriũ detulit: oẽsqꝫ exinde egredi p̄cepit. Solusqꝫ ibi cum vno paruo puerulo remãsit: quem in eodeꝫ calcatorio deposuit: ⁊ calcari ip̃os paucissimos racemos fecit. Cumqꝫ ex eisdem racemis parum aliq̃d vini defflueret: cepit hoc vir dei suis manibꝰ in paruulo vase suscipe: ⁊ per cũcta dolia oĩaqꝫ vasa que parata fuerãt ꝑ benedictione diuidere: vt ex eodem vino omnia vascula vix infusa viderentur. Cum vero ex liquore vini parum aliquid in vasis oĩbus misisset: vocato p̄sbytero ꝓtinus iussit pauperes adesse. Tunc cepit vinũ in calcatorio crescere: ita vt omnia que allata fuerãt pauperũ vascula impleret. Quibus cuꝫ se idonee satisfecisse conspiceret: ex calcatorio puerũ iussit descẽdere apothecam clausit: atqꝫ impresso sigillo ꝓprio munitã reliquit: moxqꝫ ad ecclesiã redijt. Tertio vero die predictum constantiũ presbyteruꝫ vocauit: ⁊ oratione facta apothecaꝫ aperuit: ⁊ vasa in quibus tenuissimũ liquorem fuderat: vbertim vinũ fundentia inuenit: ita vt pauimentũ omne excrescẽtia vina inuaderent: si adhuc ep̃s tardius intrasset. Tũc terribiliter presbytero p̄cepit: ne quousqꝫ ip̃e in corpore viueret: hoc miraculum cuilibet indicaret. Videlꝫ pertimescẽs: ne in virtute facti humano fauore pulsatus inde intus manifesceret: vnde foris hominibꝰ magnus appareret. Exemplũ etiã magistri sequẽs: qui vt nos ad viã humilitatis itroduceret: de semetipso discipulis p̄cepit dicens: vt ea que vidissent nemini dicerẽt: quousqꝫ filius hoĩs a mortuis resurrexisset.

Petrus.

Quia occasio apte se p̄buit: libet inq̃rere quidnã sit: ꝙ redemptor noster cum duobus cecis lumen reddidit: iussit vt nemini dicerent: ⁊ illi abeuntes diffamauerunt eum in totam terram illam: Nunquidnam vnigenitus filius patri et spiritui sancto coeternus hac in re velle habuit: quod nõ potuit impleri: vt miraculum quod tacere voluit: minime potuisset abscondi?

Gregorius.

Redemptor noster ꝑ mortale corpus omne qđ egit: hoc nobis in exẽplo actionis p̄buit: vt ꝓ nostraruꝫ viriũ modulo eius vestigia sequẽtes: inoffenso pede opis p̄sentis vite carpamus viam. Miraculum nãqꝫ faciens: ⁊ taceri iussit: ⁊ tamẽ taceri nõ potuit. Vt videlicet ⁊ electi eiꝰ exemplũ doctrine illius sequẽtes: in magnis q̄ faciunt: latere quideꝫ in volũtate habeant: sed vt ꝓsint alijs prodãtur inuiti. Quatenus ⁊ magne humilitatis sit ꝙ sua opa taceri appetũt: ⁊ magne humilitatis sit ꝙ eorũ opa

taceri non possunt. Non ergo voluit dominus quicquam fieri et minime potuit. Sed quod velle eius membra debeant: quidue de eis etiam volentibus fiat: doctrine magisterio exemplum dedit. Petrus.

Placet quod dicis. Gregorius.

Adhuc pauca aliqua que de bonifacij epi ope supsunt: quia eius memoriam fecimus exequamur. Alio namque tempore beati proculi martyris natalitius propinquabat dies. Quo in loco vir nobilis fortunatus noie manebat: qui magnis precibus ab eodem venerabili viro postulavit: vt cum apud beatum martyrem missarum solemnia ageret: ad benedictionem dandam in sua domo declinaret. Vir autem dei negare non potuit: quod ab eo ex fortunati mente charitas poposcit. Peractis igitur missarum solemnijs cum ad predicti fortunati mensam venisset: priusque deo hymnum diceret: sicut quidam ludendi arte solent victum querere: repente vir ante ianuam cum simia astitit: et cimbala percussit. Quem sanctus vir sonitum dedignatus dixit: heu heu: iste miser mortuus est: mortuus est iste miser. Ego ad mensam refectionis veni: os adhuc ad laudem dei non aperui: et ille cum simia veniens cimbala percussit: subiunxit tamen atque ait. Ite et pro charitate ei cibum potumque tribuite: scitote tamen quia mortuus est. Qui infelix vir dum panem atque vinum ex eadem domo percepisset: egredi ianuam voluit. Sed saxum ingens subito de tecto cecidit: eique in verticem venit. Ex qua percussione prostratus in manibus iam semiuiuus leuatus est. Die vero altero secundum viri dei sententiam funditus finiuit vitam. Qua in re petre pensandum est: quantus sit sanctis viris timor exhibendus. Templa enim dei sunt: et cum ad iracundiam sanctus vir trahitur: quis alius ad irascendum nisi eiusdem templi inhabitator excitatur? Tanto ergo metuenda est ira iustorum: quanto et constat quia in eorum cordibus ille presens est qui ad inferendam vltionem quam voluerit inualidus non est. Gregorius.

Alio quoque tempore predictus constantius presbyter: nepos eius equum suum duodecim aureis vendidit: quos in propriam arcam ponens: ad exercendum aliquod opus discessit. Quo discedente subito ad episcopum pauperes venerunt: qui importune precabantur vt ei sanctus vir bonifacius episcopus ad consolationem sue inopie aliquid largiri debuisset. Sed vir dei quia quod tribueret non habebat: estuare cepit in cogitatione: ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repente ad memoriam rediit: quia constantius presbyter nepos eius equum quem sedere consueuerat vendidisset: atque hoc ipsum precium in arca sua haberet. Absente igitur eodem nepote suo ac

cessit ad arcam: ⁊ pie violētus clau stra arce cōminuit: duodecim aureos tulit: eosq̧ indigētibus vt placuit diuisit. Itaq̧ cōstantius p̄sbyter reuersus ex opere arcam fractā repperit: ⁊ caballi sui preciuȝ quod illic posuerat nō inuenit. Cepit magna voce pstrepere: ⁊ cum furore nimio clamare. Omnes hic viuūt: solus ego in hac domo viuere non possum. Ad cui⁹ nimire voces aduenit episcopus: oēsq̧ qui in eodeȝ episcopio aderāt. Cū q̧ euȝ vir dei locutione blanda temperare voluisset: cepit ille cum iurgio respōdere dicens. Omnes tecum viuunt: ego solus hic ante te viuere nō possum. Redde mihi solidos meos. Quibus vocibus cōmotus episcopus: beate marie semp virginis ecclesiā ingressus est: ⁊ eleuatis manibus extenso vestimēto: stādo cepit exorare vt ei redderet: vnde presbyteri furētis insaniā mitigare potuisset. Cumq̧ subito oculos ad vestimentum suū inter extensa brachia reduxisset: repente in sinu suo duodeciȝ aureos inuenit: ita fulgentes tanq̄ si ex igne ꝓducti hora eadem fuissent. Qui mox de ecclesia egressus eos in sinū furētis presbyteri proiecit dicēs. Ecce habes solidos quos quesisti. Sed hoc tibi notum sit: qꝛ post mortē meā tu huic ecclesie episcopus nō eris ꝓpter auaritiā tuā. Ex qua sentētie veritate colligitur: quia eosdeȝ solidos p̄sbyter ꝓ adipiscendo ep̄atu preparabat. Sed viri dei sermo p̄ualuit. Nā idem cōstantius in presbyterat⁹ officio vitam finiuit.

Alio item tēpore duo ad eum gothi hospitalitatis gr̄a venerunt. Qui rauennam se festinare ꝓfessi sunt. Quibus ipse paruuȝ vas ligneū vino plenū manu sua p̄buit: qd̓ fortasse in prādio itineris habere potuissent. Ex quo illi quo adusq̧ rauēnam peruenirent: biberant vt gothi: aliquātis aūt diebus in eadem ciuitate morati sunt: ⁊ vinū qd̓ a sancto viro acceperant quotidie in vsum habuerūt. Sicq̧ vsq̧ ad eundem venerabileȝ patrē ferētes reuersi sunt: vt nullo die cessarent bibere: ⁊ tamen eis vinuȝ ex illo vasculo nunq̄ deesset: ac si ī illo vase ligneo qd̓ ep̄s dederat: vinum non augeretur sed nasceretur.

Nuper quoq̧ de eiusdem loci partibus senex quidam clericus aduenit. Qui ea que de illo narrat: silentio nō sunt pretermittēda. Nam dicit q̄ quadam die ingressus hortum: magna hūc eruce multitudine inuenit esse cooptum: qui omne olus deperire conspiciens: ad easdem erucas conuersus dixit. Adiuro vos in noīe domini nostri iesu xp̄i recedite hinc: atq̧ hec olera comedere nolite. Que statim ad viri dei verbuȝ ita oēs egresse sunt: vt ne vna quideȝ intra spatiū horti remaneret. Sed quid miruȝ q̄ hec

de episcopatus eius tẽpore narramus: quãdo iam apud oĩpotẽtem deum ordine simul ⁊ moribus creuerat: dum illa magis mirãda sunt que eum hic senex clericus adhuc puerulus fecisse testat᷑. Nam ait ꝙ eo tẽpore quo cum matre sua puer habitabat: egressus hospitium nõnunꝙ̃ sine linea: crebro etiã sine tunica reuertebatur. Quia mox vt nudum quẽpiam reperisset: vestiebat hunc: se expoliãs: vt se ante dei oculos illi⁹ mercede vestiret. Quẽ mater sua frequẽter increpare consueuerat dicens. Quod iustum nõ esset vt ipse inops paupibus vestimenta largiret᷑. Que die quadam horreũ ingressa pene omne triticũ quod sibi in stipendio totius anni parauerat: inuenit a filio suo expẽsum paupibus. Cumqꝫ semetipsaꝫ alapis pugnisqꝫ tunderet: ꝙ quasi anni subsidia pdidisset: superuenit bonifacius puer dei: eãqꝫ verbis qualibus valuit ꝯsolari cepit. Que cum nihil ꝯsolationis admitteret: hãc rogauit vt ab horreo exire debuisset: in quo ex omni eorũ tritico parum quid inuentũ est remãsisse. Puer autẽ dei sese illic protinus in oratione dedit. Qui post paululuꝫ egressus ad horreũ matrẽ reduxit. Quod ita tritico plenũ inuentũ est sicut ante plenuꝫ nõ fuerat. Sicqꝫ ter illius totius anni sumptus ⁊ se ꝯgregasse gaudebat. Quo viso miraculo cõpuncta mater: ipsa iaꝫ cepit agere vt daret: qui sic celeriter possit ꝗ petisset accipe. Hec itaqꝫ in hospitij sui vestibulo gallinas nutrire cõsueuerat: sed eas ex vicinitate vulpes veniẽs auferebat. Quadam vero die dum in eodẽ vestibulo puer bonifaci⁹ staret: vulpes ex more venit ⁊ gallinã abstulit. Ipse autẽ ꝯcitus ecclesiã intrauit: ⁊ se in orationeꝫ ꝓsternens aptis vocib⁹ dixit. Placet tibi dñe vt de nutrimẽto mr̃is mee mãducare nõ possim? Ecce eni galinas quas nutrit: vulpes comedit. Qui ab orone surgens ecclesiã egressus est. Mox ãt vulpes redijt: gallinã quã ore tenebat dimisit: atqꝫ ipsa moriẽs ante eius oculos in terrã cecidit. Petr⁹.

Valde est mirum ꝙ exaudire preces in se sperãtium: etiaꝫ in rebus vilibus dignatur deus.

Hoc petre ex ma- Gregori⁹. gna creatoris nostri dispẽsatione agit᷑: vt p minima que pcipimus spare maiora debeam⁹. Exauditus nãqꝫ est in reb⁹ vilib⁹ puer scũs ⁊ simplex: vt i paruis disceret quantũ de deo ꝓsumere in magnis petitionib⁹ deberet. Petrus.

Placet qđ dicis. De fortunato tudertine ciuitatis episcopo. Cap. x. Gregorius.

Alius quoqꝫ vir vite venerabilis in eisdẽ partibus fuit fortunat⁹ noĩe tudertine ecclesie antistes qui in effugãdis spiritib⁹ immense virtutis gr̃a pollebat: ita vt

nõnunq̄ ab obsessis corporibus le
giones demonū pelleret: ⁊ cõtinue
orōnis studio intētus: obiectas ꝯ
se eoꝝ multitudines superaret. Hui⁹
viri familiarissim⁹ fuit iulian⁹ nr̄e
ecclesie defensor: q̄ ante nõ lõgū tē
pus in hac vrbe defūctus est. Cui⁹
ego quoqꝫ hoc didici relatione qđ
narro. Quia sepe gestis illius ausu
familiaritatis itererat: eiusqꝫ post
memoriā ad instructionē nr̄am q̄si
faui dulcedinē in ore tenebat. Ma
trona qnedā nobilis in vicinis tu
scie ptibus habebat nuruz: q̄ intra
breue tp̄s quo filiū eius accepat cū
eadē socru sua ad dedicationē ora
torij bti sebastiani martyris fuerat
inuitata. Nocte vero eadē q̄ subse
quēte die ad dedicatiōez p̄dicti ora
torij fuerat ꝓcessura voluptate car
nis deuicta: a viro suo sese abstine
re nõ potuit. Cūqꝫ mane facto con
scientiā deterreret ppetrata carnis
delectatio: ꝓcessionē vero imparet
verecūdia: plus erubescens vultuz
hoīum q̄ꝫ dei iudiciū metuēs: cū so
cru sua ad dedicandū oratoriū ꝓ
cessit. Mox ꝟo vt reliquie bti seba
stiani martyris oratoriū sunt igres
se: eādē p̄dicte matrone nurū spūs
malign⁹ arripuit: ⁊ corā oī populo
vexare cepit. Eiusdē vero oratorij
p̄sbyter dū hāc vehemētissime ve
xari ꝯspiceret: ex altari ꝓtinus sin
donē tulit: eāqꝫ cooperuit. Sz hunc
repēte simul diabolus iuasit. Et q̄r
vltra vires voluit quicq̄ꝫ p̄sumere:
cõpulsus est cognoscere in sua ve
xatione q̄d esset. Hi vero q̄ aderāt
puellā in manib⁹ ex oratorio subla
taz ad domū ꝓpriā deportauerūt.
Cūqꝫ hanc antiquus hostis vexa
tione cõtinua vehemēter attereret:
ꝓpinqui sui eā carnaliter amātes:
atqꝫ amādo ꝑsequentes ad obtinē
dum salutis remediū maleficis tra
diderūt: vt ei⁹ aīam fundit⁹ extin
guerēt. Cui⁹ carni magicis artib⁹
ad tēpus ꝓdesse conarētur. Ducta
est itaqꝫ ad fluuiū: atqꝫ ī aquā mer
sa: ibiqꝫ diutinis incātationib⁹ age
re malefici moliebātur: vt is q̄ eam
inuaserat diabolus exiret. Sz mi
ro oīpotentis dei iudicio: dū puer
sa arte ab ea vn⁹ repellit̄: in eā subi
to legio intrauit. Cepit ex hoc illa
tot motib⁹ agitari tot vocibus cla
moribusqꝫ ꝑstrepere: quot spiriti
bus tenebat̄. Tūc inito cõsilio pa
rentes ei⁹ sue ꝑfidie culpā fatētes:
hāc ad virū venerabilē fortunatū
ep̄m duxerūt: eiqꝫ reliq̄runt. Qua
ille suscepta multis se dieb⁹ ac nocti
bus in orationem dedit. Tantoqꝫ
nisu precibus incubuit: quāto ⁊ in
vno corpe cõtra se assistere legiōis
aciem inuenit. Cū nõ post multos
dies ita sanā atqꝫ incolumē reddi
dit ac si in eam ius propriū diabo
lus nunq̄ꝫ habuisset.

ALio quoqꝫ tpe idez vir oīpo
tētis dei famulus ex obsesso
quodā hoīe īmundū spm̄ excussit.
Qui malign⁹ spūs cū vespascente

iam die secretã ab hoībus horã cer
neret: peregrinũ quempiam esse se si
mulans: circuire cepit ciuitatis pla
teas ⁊ clamare. O viruz scm̃ fortu
natũ epm: ecce q̃d fecit. Peregrinũ
hominem de hospitio suo expulit.
Quero vbi requiescere debeã: ⁊ in ci
uitate ei⁹ nõ inuenio. Tunc quidã
in hospitio cũ vxore sua ⁊ puulo fi
lio ad prunas sedebat. Qui vocem
eius audiẽs: ⁊ q̃d ei eps̃ fecerit req̃
rens: hunc inuitauit hospitio: secũ
sedere iuxta prunas fecit. Cũq; vi
cissim aliq̃ cõfabularẽtur: paruulũ
eius filiuz idem malignus spiritus
inuasit. Atq; in eisdez prunis ꝓie
cit: ibiq; mox eius animaz excussit.
Qui orbatus miser: vel quem ipse
susceperit: vel quem eps̃ expulisset
agnouit. Petrus.

QUisnam hoc esse dicimus vt
occidẽdi ausuz in eius hospi
tio antiquus hostis acceperit: qui
hũc peregrinũ estimãs ad se hospi
talitatis grã vocasset? Gregori⁹.

MUlta petre vident̃ bona: sed
nõ sunt: q2 bono aĩo nõ fiũt.
Unde ĩ euãgelio veritas dicit. Si
oculus tuus nequã fuerit: totũ cor
pus tuũ tenebrosum erit. Quia cuz
puersa est intẽtio q̃ p̃cedit: prauuz
est oẽ opus q̃d seq̃tur q̃uis rectuz
esse videat̃. Ego nãq; hunc virũ q̃
dum quasi hospitalitatẽ exhiberet
orbat⁹ est: nõ pietatis ope delecta
tum estimo: sed epĩ derogatione.
Nam pena subsequẽs innotuit: q2
precedens illa susceptio sine culpa
nõ fuit. Sunt nãq; nõnulli qui id
circo bona facere studẽt: vt gratiaz
aliene operationis obnubilẽt. Nec
pascũtur bono quod faciũt: sed lau
de boni qua ceteros premũt. Qua
de re existimo hunc virũ qui mali
gnum spiritũ in hospitalitate susce
pit ostẽtationi potius incendisse q̃
operi: vt meliora q̃ eps̃ fecisse vide
retur: quatenus ipse susciperet euz
quez vir domini fortunatus expu
lisset. Petrus.

UT dicitur ita est. Nam finis
operis probat q᷑ mũda intẽ
tio in opatiõe nõ fuerit. Gregori⁹.

ALio autez tẽpore dum oculo
rum quidaz lumen amisisset.
Ad hũc deductus intercessiõis ei⁹
opem petijt ⁊ impetrauit. Nam cũ
vir dei oratiõe facta eius oculis si
gnuz crucis imprimeret: ab eis ꝓ
tinus luce reddita: nox cecitatis ab
scessit. Preterea equus cuiusdã mi
litis in rabiem fuerat versus: ita vt
a multis vix teneri posset. Sed q̃s
cunq; potuisset inuadere: eorũ mẽ
bra morsibus dilaniaret. Tunc vt
cunq; a multis ligatus ad virũ dei
deductus ẽ. Qui mox vt ei⁹ capiti
extensa manu signuz crucis dedit:
cunctã eius rabiem in masuetudi
nẽ mutauit: vt mitior postea existe
ret q̃ ante illam vexaniam fuisset.
Tunc idem miles equũ suum quez
celerrimo miraculi imperio: a sua
vexania vidit immutatum: eidem

sancto viro decreuit offerendum. Que cum suscipe ille renueret: ipse vero in precibus ne despiceret ei⁹ oblatio ꝑseueraret: scũs vir mediã duarum partiũ viam tenẽs: ⁊ peti-tionẽ militis audiuit: ⁊ mun⁹ susci-pere pro exibita virtute recusauit. Prius nãqꝫ dignũ preciũ ꝓbuit: ⁊ post equũ qui sibi offerebat̃ acce-pit. Quia eni si nõ suscipet eum cõ-tristari cõspexerat: charitate cogẽ-te emit qđ necessariuꝫ nõ habebat. Neqꝫ hoc silere de huius viri vir-tutib⁹ debeo: ꝙ ante dies fere duo-decim agnoui. Quidã nãqꝫ ad me deductus est senex pauper: atqꝫ vt mihi senium collocutio esse semper amabilis solet: studiose hunc vnde esset inquisiui. Qui se de tudertina ciuitate esse respõdit. Cui inquam. Queso te pater: fortunatum epm nosti? Qui ait. Noui: ⁊ bene noui. Tunc ipse subiũxi. Dic rogo si qua illi⁹ miracula cognouisti: ⁊ deside-ranti mihi qualis vir fuerit innote-sce. Qui ait. Homo ille lõge fuit ab istis hoibus quos videm⁹ modo. Nam quicqd ab oipotente deo pe-tijt: ita dũ peteret impetrauit. Cu-ius hoc vnũ narro miraculum: qđ ad presens animo occurrit.

Quadã nãqꝫ die gothi iuxta tudertinã ciuitatẽ venerũt q ad ptes rauẽne properabãt. Sed duos puulos puerulos de possessi-one abstulerãt: q possessio ꝑfate tu-dertine ciuitati subiacebat. Hoc cũ viro sanctissimo fortunato nũciatũ fuisset: ꝓtinus misit: atqꝫ eosdẽ go-thos ad se fecit euocari. Quos blã-do sermone alloquẽs: eoruꝫ prius asperitatẽ studuit placare: ⁊ post i-tulit dicẽs. Quale vultis preciũ da-bo: ⁊ puerulos q̃s abstulistis red-dite: mihiqꝫ hoc vestre grẽ mun⁹ ꝓbete? Tũc is q prior eorũ esse vi-debat̃: respõdit dicẽs. Quicquid aliud ꝑcipis facere parati sumus. Nam istos pueros nullaten⁹ red-dimus. Cui venerãdus vir blande minatus est dicẽs. Cõtristas me fi-li: ⁊ nõ audis patrẽ tuuꝫ. Noli me ꝯtristare: nec expedit tibi aliter: ne nõ expediat. Sꝫ idẽ gothus i cor-dis sui feritate ꝑmanens: negãdo discessit. Die vero altera digressur⁹ rursus ad epm venit: quẽ eisdẽ ver-bis ꝓ predictis puerulis iterũ eps rogauit. Cũqꝫ ad reddendũ nullo modo ꝯsentire voluisset: cõtristat⁹ eps dixit. Scio qꝛ tibi nõ expedit ꝙ me ꝯtristato discedis. Que ꝟba gothus despexit: atqꝫ ad hospitiũ reuersus eosdeꝫ pueros de quibus agebat̃ equis supipositos cũ suis hoibus ꝑmisit. Ipse ꝟo statim ascẽ-dens equuꝫ: subsecut⁹ est. Cũqꝫ in eandẽ ciuitatẽ añ btĩ petri apostoli ecclesiaꝫ venisset: eq ei⁹ pes lapsus est: q cũ eo corruit: ⁊ ei⁹ mox coxa cõfracta est: ita vt in duab⁹ ꝑtibus os est diuisuꝫ. Tũc leuat⁹ in mani-bus reduct⁹ ad hospitiuꝫ est. Qui festin⁹ misit ⁊ pueros quos ꝑmise

rat reduxit: ⁊ viro venerabili fortu
nato mãdauit dicẽs. Rogo te pa
ter: mitte ad me diaconẽ tuũ. Cuiꝰ
diaconꝰ dũ ad iacentẽ venisset: pue
ros quos redditurũ se ẽpo oĩno ne
gauerat ad mediuꝫ deduxit: eosqꝫ
diacono illius reddidit dicẽs. Va
de: ⁊ dic dño meo ẽpo: qꝛ maledixi
sti mihi: ecce ꝑcussus sum. Sꝫ pue
ros quos q̃sisti recipe: ⁊ ꝓ me ro
go intercede. Susceptos itaqꝫ pue
rulos ad ẽpm diaconꝰ reduxit. Cui
benedictã aquã venerabilis fortu
natus statim dedit dicẽs. Vade ci
tius: ⁊ eam sup iacẽtis corpꝰ ꝓice.
Perrexit itaqꝫ diaconus: atqꝫ ad
gothũ itrogressus benedictã aquã
sup lectũ ⁊ sup mẽbra illius aspsit.
Res mira ⁊ vehemẽter stupẽda:
mox vt aqua bñdicta gothi corã cõ
tigit: ita oĩs fractura solidata est ⁊
saluti pstine corã restituta: vt hora
eadeꝫ de lecto surgeret: ⁊ ascẽso eq̊
ita iter ageret ceptũ: acsi nullã vnq̃
lesionẽ corpis ꝑtulisset. Factũqꝫ ẽ
vt q̄ scõ viro fortunato pueros cuꝫ
ꝑcio reddere obediẽtia subiectꝰ nō
luit: eos sine ꝑcio pena subactꝰ da
ret. His igit̃ expletis: studebat ad
huc senex de eo ⁊ alia narrare. Sꝫ
qꝛ nõnulli aderãt ad q̊s exhortan
dos occupabar: Iãqꝫ diei tardior
hora incubuerat: facta venerabilis
fortũati diu mihi audire nõ licuit q̄
audire si liceat semp volo. Sꝫ die
alio idẽ senex rem de illo magis ad
huc mirabilem narrauit dicẽs. In
eadẽ tudertina vrbe marcellus qui
dam bone actiõis vir: cũ duabꝰ so
roribꝰ suis habitabat: Qui eueniẽ
te molestia corpis ipo sacratissimo
vespascẽte iam sabbato pascali de
functus est. Cuiꝰ corpꝰ cũ longius
esset efferẽduꝫ: die eodẽ sepeliri nõ
potuit. Cũqꝫ mora esset tpis ad ex
plendum debitũ sepulture: sorores
eiꝰ morte illiꝰ afflicte cucurrerũt flẽ
tes ad venerabilẽ fortunatuꝫ: eiqꝫ
magnis vocibus clamare ceperũt.
Scimꝰ qꝛ apostolorũ viã tenes: le
prosos mundas: cecos illuminas:
veni ⁊ resuscita mortuũ nr̃m. Qui
mox vt eaꝝ fratrẽ cognouit defun
ctum: flere etiã ipse de morte illiꝰ ce
pit: eisqꝫ respõdit dicẽs. Recedite
⁊ hec dicere nolite: qꝛ iussio oĩpotẽ
tis dei est: cui ꝯdicere nullus hoĩuꝫ
põt. Illis itaqꝫ discedẽtibꝰ: tristis
ex morte eiꝰ mãsit ẽps. Subsequẽ
ti aũt die dñico ãte exurgẽtis lucis
crepusculũ vocatis duobꝰ diaconi
bus suis ꝑrexit ad domuꝫ defũcti.
Accessit ad locuꝫ vbi iacebat corpꝰ
exanime: ibiqꝫ se in orationẽ dedit.
Expleta aũt ꝑce surrexit: ⁊ iux̃ cor
pus defũcti sedit. Non autẽ grãdi
voce defunctũ p nomẽ vocauit di
cens. Frater marcelle. Ille ãt acsi le
uiter dormiẽs ad vicinã vocẽ q̃uis
modicã fuisset excitatꝰ: statim ocu
los apuit: atqꝫ ad ẽpm respiciẽs di
xit. O q̄d fecisti? O q̄d fecisti? Cui
ẽps rñdit dicẽs. Quid feci? At ille
ait. Duo hesterno die venerũt q̄ me

eijcientes ex corpore i bonū locū duxerūt. Hodie aūt vnus missus est q dixit: Reducite eū: q2 fortunatus eps in domū illius venit. Quibus expletis verbis mox 7 ex infirmitate conualuit: 7 in hac vita diutius māsit. Nec tn̄ credendū est q2 locū quē acceperat pdidit. Quia dubiū nō est q intercessoris sui pcibus potuit post mortē melius viuere: q 7 ante mortē studuit oīpotēti deo placere. Sed cur multa de eius vita dicimus: cū nūc vsqz ad corpus illius tot virtutū documēta teneamus: Demoniacos qppe absoluere: egros curare: Quotiēs ex fide petitur: vt viuēs consueuerat: sic indesinēter facere: 7 apud mortua sua ossa pseuarat. Sed libet petre adhuc ad valerie puincie ptes narratiōis mee vba reducere. De qbus me eximia valde miracula ex ore venerabilis fortunati. Cuius lōge superius memoriā feci: contigit audisse. Qui crebro ad me nūc vsqz veniēs dū scā mihi veterū narrat noua refectiōe me satiat. De martino monacho puincie valerie. Cap. xi.

Quidaz nāqz in eadē puincia martinus noīe deuotus valde oīpotētis dei famulus fuit: qui hoc de virtutis sue testimonio signū dedit. Dum quadā die fratres illius subciuericiuz panem fecissent: eiqz obliti essent signū crucis iprimere: sicut in hac puincia crudi panes ligno signari solent: vt per quadras quattuor ptiti videātur. Idē dei famulus affuit eisqz referētibus signatū nō fuisse cognouit. Cūqz iaz panis ille prunis esset 7 cineribus coopertus dixit: Quare hūc minime signastis: Qui hoc dicēs: signum crucis digito contra prunas fecit. Quo signāte ptinus imensuz crepitū panis dedit ac si lingēs in ignibus olla crepuisset. Qui dū coctus postmodū fuisset: ab igne subtractus: ea cruce signatus inuētus est: quā nō cōtactus sed fides fecerat.

De seuero psbro puincie. Cap. xij.

In eo etiam loco q interorina vallis dicitur: q a multis vbo rustico iterocrina noīatur. In qua erat quidā vir vite valde admirabilis noīe seuerus: ecclesie btē marie dei genitricis 7 semp vginis sacerdos. Hūc cū quidā paterfamilias ad extremū venisset diē: missis concite nūcijs rogauit vt ad se quātocius veniret: suiqz orōnibus pro pctis eius intercederet: vt acta de malis suis pnia solutus culpa ex corpe exiret. Qui videlz sacerdos inopinate contigit vt ad putandā vineā esset occupatus: atqz ad se venietibus diceret. Antecedite. Ecce ego vos subsequor. Cūqz videret sibi in eodem ope parū aliquid supesse: paululū morā fecit: vt opus qd minimū restabat expleret. Quo expleto: cepit ad egrū pgere. Eunti vo in itinere occurrētes q prius venerāt: obuiā facti sunt dicētes: Quare tardasti pater: noli fatigari q2 iā defūctus est.

Quo audito ille ꝯtremuit: magnisq; vocib' se interfectorē illi' clamare cepit. Flens itaq; puenit ad corpus defuncti: seq; corā lecto illi' cū lachrymis in terrā dedit. Cūq; vehemēter fleret: in terrā caput tūderet: seq; reū mortis illi' clamaret: Repēte is q defunctus fuerat aīaз recepit. Qd duз multi q circūastabāt aspicerēt admirationis vocib' emissis ceperūt āpli' p gaudio flere. Cūq; eū requirerent vbi fuerit vel quomō redisset ait. Tetri valde erāt hoīes q me ducebāt: ex quorū ore ac narib' ignis exibat: quē tolerare nō poterā. Cūq; p obscura loca me ducerēt: subito pulchre visionis iuuenis cū alijs nobis eūtibus obuiā fact' est: q me trahentib' dixit. Reducite illū: q2 seuer' pſbyter plāgit: ei' n. eū lachrymis dñs donauit. Qui s. seuerus pſbyter ꝓtinus de terra surrexit: eiq; pniam agēti opē sue itercessiōis pbuit. Et duз p dies septē de ppetrat culpis pniam eger rediuiu' ageret: octauo die letus de corpe exiuit. Perpēde q̄so hūc de quo loqmur seuerū q dilectū dñs attēdit: qm cōtristari nec ad modicū ptulit. Petrus.

Admirāda sūt valde hec q me inuenio nūc vsq; latuisse. Sz qd esse dicim': q tales viri mō nequeunt inueniri. Gregorius.

Ego petre multos tales i hoc seculo nec mō deesse existio. Neq; eni si talia signa nō faciūt: iō tales nō sunt. Uite naq; vere estimatio in ꝟtute est operū: nō i ostēsione signorū. Nā sunt pleriq; q ꝛ signa nō faciūt: signa tn̄ faciētibus dispares nō sunt. Petrus.

Unde mihi rogo ꝯ ondi pōt q sint qdaз q signa nō faciūt ꝛ tamē faciētib' dissimiles nō sūt? Gregorius.

Unqdnaз nescis Gregori'. qm paulus apostolus petro apostolorū pmo in pncipatu apostolico frater est? Petrus.

Scio plane: nec dubiūз est: q2 ꝛ si minim' est omniū apostolorūз tn̄ plus oibus laborauit. Grego.

Quod ipse bene reminisceris petrus in mari pedib' ābulauit: paulus in mari naufragiū ptulit. En in vno eodemq; elemēto ibi paulus ire cū naue non potuit: vbi petrus pedib' iter fecit. Apte igit cōstat: q2 cū vtriusq; virtus fuerit dispar in miraculo: vtriusq; tamē meritū dispar nō est in celo. Petr'.

Placet fateor oīno qd dicis. Ecce aperte cognoui: q2 vita nō signa querēda sunt. Sz qm ipa signa q fiūt bone vite testimoniū ferūt: q̄so adhuc siq sūt fferas vt esuriētē me p exēpla bonoꝝ pascas.

Gregorius.

Velim tibi in laudib' Grego. redēptoris de viri venerabilis bn̄dicti miraculis aliq narrare. Sz ad hec explēda: hodiernū tp̄s video nō posse sufficere. Liberius itaq; ꝯ loqmur: si aliud exordiū sumamus. Explicit liber primus.

Incipit liber secundus.

Fuit vir vite venerabilis grā benedict⁹ 7 noīe. Ab ipso pueritie sue tēpore cor gerēs senile. Etatē q̄ppe moribus trāsiens: nulli animū voluptati dedit. Sed dum in hac terra adhuc esset: quo tpaliter libere vti potuisset: despexit iam quasi aridū mundū cū flore. Qui liberiori genere ex prouincia nursia exortus: rome liberalibus litterarū studijs traditus a parentibus fuerat. Sꝫ cū in eis multos ire ꝑ abrupta vicioꝝ cerneret: eū quē q̄si in ingressum mūdi posuerat retraxit pedē. Ne si q̄d de scientia ei⁹ attingeret: ipse quoq̄ꝫ postmodū in imane p̄cipitiū totus iret. Despectis itaq̄ꝫ litteraꝝ studijs: relicta domo rebusq̄ꝫ p̄ris: soli deo placere desiderās sancte ꝯuersationis habitū q̄siuit. Recessit igit̄ sciēter nescius: 7 sapienter indoctus. Huius ergo oīa gesta nō didici: sed pauca q̄ narrabo. Quattuor discipulis suis referentibus agnoui: Cōstantino scilꝫ reuerentissimo valde viro: qui ei in monasterij regimine successit. Ualentiniano quoq̄ꝫ qui multis annis lateranēsi monasterio p̄fuit. Simplicio aūt qui congregationē illius post eum tertius rexit. Honorato etiam qui nūc celle eius in qua pri⁹ cōuersatus fuerat: preest.

De capisterio fracto 7 consolidato. Cap. i.

Hic itaq̄ꝫ cū iam relictis lrarū studijs petere deserta decreuisset: nutrix q̄ hunc arti⁹ amabat: sola secuta ē. Cūq̄ꝫ ad locū venisset q̄ effide dicit̄: multisq̄ꝫ honestioribus viris charitate se illic detinētibus in bti petri ecclesia demorarētur: p̄dicta nutrix illi⁹ ad purgādū triticū: a vicinis mulieribus p̄stari sibi capisteriū petijt. Qd̄ sup mēsaꝫ incaute derelictū casu accidēte fractū est: sicq̄ꝫ vt in duab⁹ ptibus iueniret̄ diuisuꝫ. Qd̄ mox vt rediens nutrix illi⁹ inuenit: vehemētissime flere cepit: q2 vas qd̄ p̄stitū acceperat fractū videbat. Bn̄dictus autē religiosus 7 pius puer cū nutriceꝫ suā flere cōspiceret: ei⁹ dolori compassus: ablatis secuꝫ vtrisq̄ꝫ fracti capisterij ptib⁹: sese cū lachrymis in orōnem dedit. Qui ab orōne surgēs: ita iuxta se vas sanū repperit vt in eo fracture inueniri vestigia nulla potuissent. Mox autē nutricem suā blande cōsolatus: ei sanuꝫ capisteriū reddidit qd̄ fractū tulerat. Que res in loco codeꝫ a cūctis est cognita: atq̄ꝫ ī tāta admiratiōe habita: vt hoc ip̄m capisteriū eius loci incole in ecclesie ingressu suspēderent. Quatenus 7 p̄sentes 7 futuri oēs agnoscerent: benedictus puer cōuersionis gratiam a quanta perfectione cepisset. Quod annis multis illic ante oculos omniū

fuit: ⁊ vsq; ad hec longobardorum tēpora sup fores ecclesie pepēdit. Sed benedict⁹ plus appetens mala mūdi ꝑpeti q̄ laudes: atq; plus pro deo laboribus fatigari: q̄ vite huius fauoribus extolli: nutricem suam occulte fugiēs deserti loci secessum petijt: cuius sublacus vocabulū est. Qui a romana vrbe quadraginta fere miliaribus distans: frigidas atq; perspicuas emanat aquas. Que illic videlz aquarum abundantia: in extenso prius lacu colligitur. Ad postremum vero in amnē deriuatur. Quo dum fugiēs ꝑgeret: monachus quidam romanus noie hūc eūtem repperit: quo tenderet req̄siuit. Cuius cum desiderium agnouisset: ⁊ secretū tenuit ⁊ adiutoriū impēdit: eiq; sancte cōuersationis habitum tradidit: ⁊ in quātum licuit ministrauit. Uir aūt dei ad eūdem locū ꝑueniens: in artissimo specu se tradidit: tribusq; annis excepto romano monacho hominibus incognit⁹ mansit. Qui videlicet romanus nō longe in monasterio sub deodati regula degebat. Sed pie eiusdē patris sui oculis furabatur horas: ⁊ quez sibi ad manducādum surripere poterat: diebus ceteris benedicto panez ferebat. Ad eūdem vero specum a romani cella iter non erat: q2 excelsa desuper rupes eminebat. Sed ex eadem rupe in longissimo funere ligatum romanus deponere panē consueuerat. In quo etiā resti paruum tintinabulū inseruit: vt ad sonum tintinabuli vir dei cognosceret: quādo sibi romanus panē ꝑberet quē exiens acciperet. Sed antiquus hostis vni⁹ charitati inuidēs alterius refectionez: cum quadam die submitti panē cōspiceret: iactauit lapidem ⁊ tintinabulum fregit. Romanus tamē modis cōgruentibus ministrare nō desijt. Cum vero iam oīpotens deus ⁊ romanum vellet a labore quiescere: ⁊ benedicti vitam in exēplo hominibus demonstrare: vt posita sup candelabrum lucerna claresceret: quaten⁹ omnibus qui in domo dei sunt luceret. Cuidam presbytero longius manēti: qui refectionē sibi in pasca li festiuitate ꝑparauerat: ꝑ visum dominus apparere dignatus est dicens. Tu tibi delitias ꝑparas: ⁊ seru⁹ me⁹ illo in loco fame cruciat̄. Qui ꝓtinus surrexit: atq; in ipsa solēnitate pascali cum alimentis q̄ sibi ꝑparauerat: ad locum tetēdit. Et virum dei ꝑ abruta mōtium: ꝑ concaua vallium: ꝑ defossa terrarū quesiuit: eūq; latere in specu repperit. Cumq; oratiōe facta ⁊ benedicentes omnipotentē dominū cōsedissent. Post dulcia vite colloquia: his qui aduenerat presbyter dixit. Surge ⁊ sumamus cibū: q2 hodie pasca est. Cui vir dei rn̄dit dicēs: Scio q̄ pasca est: q2 te videre merui. Longe quippe ab hominibus

positus: quia die eodē pascalis esset solēnitas ignorabat. Venerabilis autem presbiter rursus asseruit dicēs. Ueraciter hodie resurrectiōis dñice pascalis dies est: abstinere tibi minime cōgruit. Quia et ego ad hoc missus sum: vt dona oipotentis dei pariter sumamus. Bñdicētes igitur deū sumpserūt cibū. Expleta itaque refectiōe et colloquio ad ecclesiā presbyter recessit.

Eodē quoque tempore hūc in specu latitātē: etiam pastores inuenerūt: quē dum vestitū pellibus inter frutecta cernerēt: aliquā bestiā esse crediderūt. Sed cognoscētes dei famulū: eorum multi ad pietatis gratiam a bestiali mēte mutati sunt. Nomē itaque eius per vicina loca cūctis innotuit. Factūque est vt ex illo iam tempore a multis frequētari cepisset qui cū ei cibos deferrēt corporis: ab eius ore in suo pectore alimēta referebāt vite.

De tēptatiōe carnis supata. Ca. ij.

Quadā vero die dū solus esset: temptator affuit. Nam nigra paruaque auis que vulgo merula vocatur: circa eius faciē volitare cepit: eiusque vultui importune insistere: ita vt capi manu potuisset: si hanc vir sanctus tenere voluisset. Sed signo crucis edito recessit auis. Tāta autem carnis tēptatio aue eadē recedēte secuta est: quantā vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quādā namque aliquā feminā viderat: quā malignus spiritus ante eius mētis oculos reduxit: tātoque igne serui dei animū in specie illius accēdit vt se in eius pectore amoris flāma vix caperet. Sed etiā pene deserere heremū voluptate victus deliberaret. Cum subito superna respectus: ad semetipsum reuersus est: atque vrticarum et vepriū iuxta densa succrescere frutecta conspiciens: exutus indumento nudū se in illis spinarū aculeis: et vrticarū incendijs proiecit. Ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus exijt: et per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mentis: quia voluptatem carnis traxit in dolorē. Cūque penaliter bene arderet foris: extinxit quod illicite ardebat intus. Uicit itaque peccatū: quia mutauit incendiū. Ex quo videlicet tempore: sicut post discipulis suis ipse perhibebat: ita in illo est tēptatio voluptatis edomita: vt tale in se aliquid minime sentiret. Ceperūt postmodū multi iam mundū relinquere: atque ad eius magisterium festinare: liber quippe a tēptatiōis vicio: iure iā factus est virtutū magister. Unde et per moysē precipitur vt leuite a vigintiquinque ānis et supra ministrare debeāt. Ab āno vero quinquagesimo: custodes vasorum fiant.

Iam quidē plati testimonij mihi aliquantū intellectus interlucet. Sed tamen hoc plenius postulo exponi. Petrus.

Gregorius. Liquet petre quod in iuuētute carnis tēptatio ferueat. Ab āno autē quinquagesimo: calor corporis frigescat. Uasa autem sacra: sūt fideliū mētes. Flecti ergo cū adhuc in tē

ptatiōe sunt: subesse deo ac fuire ne cesse est: et obseqijs laboribusqꝫ fati gari. Cū deo iā mētis etate trāqlla calor recesserit tēptatōis: custodes vasorꝫ sunt: q͛ doctores aiaꝝ fiūt.

A Atteor: placet qd di- Petr⁹. cis. Sed q͛ ꝓlati testimonij clausa reserasti: q̄so vt de vita iusti debeas ea q̄ sūt ichoata pcurrere.

De ampula vitrea signo crucis rupta. Cap. iij. Gregorius.

R Ecedēte igitur tēptatiōe vir dei quasi spinis erutis: exculta terra de virtutū segete feraci⁹ fructuꝫ dedit. Preconio igit͛ eximie ꝯuersationis: celebre nomē ei⁹ habebat͛ Nō lōge aūt monasteriū fuit: cui⁹ ꝯgregationis pater defunctus est. Omnisqꝫ ex illo ꝯgregatio ad eūdē venerabilēꝫ benedictū venit: et magnis precib⁹ vt eis ꝑesse deberet petijt. Qui diu negādo distulit: suis illorūqꝫ fratrū morib⁹ cōuenire nō posse predixit. Sꝫ victus quādoqꝫ ꝑcib⁹: assensuꝫ dedit. Cūqꝫ in eodē monasterio regularis vite custodiam teneret: nulliqꝫ vt ꝑus ꝑ act⁹ illicitos in dexterā leuāqꝫ partē deflectere a ꝯuersationis itinere liceret: Suscepti fratres insane seuiētes: semetipsos ꝑus accusare ceperūt: q͛ hūc sibi ꝑesse poposcerāt: quoꝝ scilꝫ fortitudo in normā ei⁹ rectitudinis offendebat. Cūqꝫ sibi ꝯspicerēt sub eo illicita nō licere: et se dolerēt assueta relinquere: durūqꝫ esset q͛ in mēte veteri cogebantur noua meditari: sicut prauis morib⁹ semper grauis est vita bonoꝝ: tractare de eius aliquid morte conati sūt. Qui inito cōsilio venenū vino miscuerūt: et cū vitreū vas in quo ille pestifer pot⁹ habebat͛ recūbēti patri ex more monasterij ad benedicēdū fuisset oblatū: Benedict⁹ extēsa manu signū crucis edidit: et vas qd longius tenebat͛ eodē signo rupit. Sicqꝫ confractū est: ac si in illo vase mortꝭ ꝓ cruce lapidē dedisset. Intellexit ꝓtin⁹ vir dei: q͛ potum mortis vas habuerat: qd portare nō potuit signū vite. Atqꝫ illico surrexit: et vultu placido: mēte trāquilla: cōuocatos fratres allocutus est dicēs: Misereat͛ vestri fratres oīpotēs de⁹. Quare in me ista facere voluistis? Nūquid nō pri⁹ dixi: q͛ vr̄is ac meis morib⁹ mīme cōueniret? Ite et iux͂ mores vr̄os vob pa- trē q̄rite: q͛ me post hec habere minime potestis. Tūc ad locū dilecte solitudis redijt: et sol⁹ in supni inspectoris oculis hītauit secū. Petr⁹.

M Inus patēter itelligo: q̄d nā habitauit secum? Grego.

S I sctūs vir ꝯtra se vnanimit͛ ꝯspirātes: sueqꝫ ꝯuersationi lōge dissimiles coact⁹ diu sustinere voluisset: fortasse sui vigoris vsum et modū tranquillitatis excederet: atqꝫ a cōtēplationis lumie mentis sue oculū declinasset. Dūqꝫ q̄tidie illoꝝ incorrectiōe fatigat͛ min⁹ curaret sua: et se forsitan relinqueret:

⁊ illos non inueniret. Nam quo-
tiens ꝑ cogitationis motum nimie
extra nos ducimur: ⁊ nos sumus
⁊ nobiscū nō sumus: quia nosmet-
ipsos minime vidētes ꝑ alia vaga-
mur. An illum secū fuisse dicimus:
qui in longinquā regionem abijt:
portionē quā acceperat cōsumpsit
Uni in ea ciuiū adhesit: porcos pa
uit: quos ⁊ mādūcare siliquas vi-
deret ⁊ esuriret. Qui tamen cum
postmodum cepit cogitare bona q̄
ꝑdiderat: sicut scriptum de illo est:
quia portionē quā acceperat con-
sumpsit. In se reuersus dixit. Quā
ti mercenarij in domo patris mei
abūdant panibus? Si igitur secū
fuit: vnde ad se redijt? Hunc ergo
venerabilē secum habitasse dixe-
rim: quia in sua semꝑ custodia cir-
cunspectus: ante oculos cōditoris
se semꝑ aspiciens: semꝑ examinās
extra se mentis sue oculum non di-
uulgauit. Petrus.

Quid ergo de petro apostolo
scriptum est: dum de carcere
ab angelo eductꝰ fuisset: qui ad se
reuersus dixit. Nūc scio vere quia
misit dominus angelum suū: ⁊ eri
puit me de manu herodis: ⁊ de oī
expectatione plebis iudeorum?

Duobus modis Gregoriꝰ.
petre extra nos ducimur: qꝛ
aut ꝑ cogitationis lapsū sub nos-
metipsos recidimus. Aut ꝑ contē-
plationis gratiā sup nosmetipsos
leuamur. Ille itaq̄ qui porcos pa-
uit: vagatione mētis ⁊ immūdicie
sub semetipsum cecidit. Iste vero
quem angelus soluit eiusq̄ mētem
in extasi rapuit: extra se quidē: sed
sup semetipsum fuit. Uterq̄ ergo
ad se redijt: quādo ⁊ ille ab errore
operis se collegit ad cor: ⁊ ille a cō
templatiōis culmine ad hoc redijt
qđ intellectu cōmuni ⁊ prius fuit.
Uenerabilis igitur benedictus in
illa solitudine habitauit secum: in
quātum se intra cogitationis clau-
stra custodiuit. Nam quotiēscūq̄
hunc contēplationis ardor in altū
rapuit: se ꝓculdubio sub se reliq̄t.

Placet quod dicis: Petrus.
sed queso respōdeas si dese-
rere fratres debuit quos semel su-
scepit. Gregorius.

Et ego petre existimo ibi a-
dunati equanimiter portādi
sunt mali: vbi inueniūtur aliqui q̄
adiuuentur boni. Nam vbi oīmo-
do fructus de bonis deest: fit ali-
quādo de malis labor supuacuus.
Maxime si e vicino cause suppetāt
que fructū deo valeāt ferre melio-
rem. Uir itaq̄ sanctus ꝓpter quē
custodiendū staret: qui oēs vnani
miter se ꝑsequentes cerneret? Et
sepe agitur in animo ꝑfectorū qđ
silentio pretereūdum nō est. Quia
cum laborē suū sine fructu esse cōsi
derant: in loco alio ad laborē cum
fructu migrant. Unde ille quoq̄
egregius p̄dicator: qui dissolui cu-
pit ⁊ cum xp̄o esse: cui viuere xp̄s

est ꝛ mori lucrũ: qui certamina passionum nõ solum ipse appetit: sed ad tolerãda hec ꝛ alios accẽdit. Damasci psecutionem passus: vt potuisset euadere muruꝫ funem sportamqꝫ q̃siuit: seqꝫ latenter deponi voluit. Nũquidnam paulũ mortẽ dicimus timuisse: quã seipse ꝓ iesu amore testat̃ appetere? Sed cum in eodẽ loco minorẽ sibi fructuꝫ ad esse cõspiceret ꝛ grauẽ laborẽ: se alibi ad laborem cum fructu seruauit. Fortis eteni ꝓliator dei teneri itra claustra noluit: certaminis campũ quesiuit. Unde ideꝫ quoqꝫ venerabilis benedictus si libẽter audis citius agnoscis: quia viuos tot ipse indocibiles deseruit: quot in locis alijs ab anime morte suscitauit.

Ita esse vt doces: Petrus. ꝛ manifesta ratio ꝛ prolatuꝫ congruũ testimoniũ declarat. Sꝫ queso vt de vita tãti patris ad narratiõis ordinẽ redeas. Gregori⁹.

De monacho vage mẽtis ad salutem reducto. Cap. iiij.

Cum sanctus vir diu in eadẽ solitudine virtutib⁹ signisqꝫ succresceret: multi ab eo in loco eodeꝫ ad oĩpotentis dei sunt seruitiũ ꝯgregati. Ita vt illic duodecim monasteria cum oĩpotentis iesu christi domini opitulatione ꝯstrueret. In quibus statutis patribus duodenos monachos deputauit: paucos ꝟo secuꝫ retinuit: quos adhuc in sua presentia aptius erudiri iudicauit. Cepere etiam tunc ad eum romane vrbis nobiles ꝛ religiosi cõcurrere: suosqꝫ ei filios oĩpotenti domino nutriendos dare. Tunc quoqꝫ bone spei suas soboles euticius maurũ: tertulius vero patricius placidũ tradidit. E q̃bus maurus iunior cũ bonis polleret moribus magistri adiutor cepit existere. Placidus ꝟo puerulus adhuc indolis annos gerebat.

In vno autẽ ex eis monasterijs que circũquaqꝫ construxerat: quidã monachus erat q̃ ad orationeꝫ stare non poterat. Sed mox vt se fratres ad orationis studium inclinarẽt: ipse egrediebatur foras: ꝛ mẽte vaga terrena aliqua ꝛ trãsitoria agebat. Cũqꝫ ab abbate suo sepius fuisset ammonitus: ad virum dei deductus est: qui ipse quoqꝫ eius stulticiam vehementer increpauit: ꝛ ad monasteriũ reuersus vix duobus dieb⁹ viri dei ammonitionẽ tenuit. Nam die tertio ad vsum propriuꝫ reuersus: vagari tẽpore orationis cepit. Quod cũ seruo dei ab eodẽ monasterij patre quẽ cõstituerat nũciatum fuisset dixit. Ego venio: eũqꝫ ꝑ memetipm emẽdo. Cũqꝫ vir dei venisset ĩ eodẽ monasterio: ꝛ cõstituta hora expleta psalmodia sese fratres in orationeꝫ dedissent: aspexit ꝛ vidit ꝙ eũdem monachũ qui manere in oratione nõ poterat: quidã niger puerulus ꝑ vestimẽti fimbriam foras

trahebat. Tunc eidē patri mona/
sterij pōpeiano noīe: 7 mauro dei
famulo secreto dixit. Nūquid non
aspicitis quis est iste qui hunc mo/
nachum foras trahit? Qui respon
dentes dixerūt: non. Quibus ait.
Oremus: vt 7 vos etiam videatis
quē iste monachus sequit. Cūq3
per biduum esset oratum maurus
monachus vidit: Pōpeianus au/
tem eiusdem monasterij pater vi/
dere nō potuit. Die igit alia exple/
ta oratione: vir dei oratoriū egres/
sus stantem foris monachū reppe
rit. Quē pro cecitate cordis sui vir
ga pcussit. Qui ex illo die nihil per
suasionis vlterius a nigro iam pue
rulo ptulit. Sed ad orationis stu/
dium immobilis permāsit. Sicq3
antiquus hostis dominari nō au/
sus est in eius cogitatione: acsi ipse
pcussus fuisset ex verbere.

De aqua in mōtis vertice ex pe/
tra producta. Cap. v.

Ex his autē monasterijs que
in eodē cōstruxerat loco: tria
sursum in rupibus mōtis erāt. Et
valde erat fratrib' laboriosum sem
per ad lacum descēdere: vt aquam
haurire debuissent. Maxime quia
ex deuexo mōtis latere erat graue
descēdentibus in timore periculū.
Tunc collecti fratres ex eisdem tri
bus monasterijs: ad dei famulum
benedictū venerūt dicentes. Labo
riosum nobis est pp̄ter aquā quo/
tidie vsq3 ad lacum descēdere: 7 id/
circo necesse est ex eodem loco mo/
nasteria mutari. Quos blande cō
solatos dimisit: 7 nocte eadē cum
paruo puerulo nomie placido cu
ius superius memoriā feci: eiusdē
montis ascendit rupem: ibiq3 diu
tius orauit: et oratione completa
tres petras in loco eodē p signo
posuit. Atq3 ad suū cūctis illic ne/
scietibus monasteriū rediit. Cūq3
die alio ad eum p necessitate aque
predicti fratres redissent: dixit. Ite
7 rupem illā in qua tres sup inuicē
positas petras inueneritis i modi/
co cauate. Valet omnipotēs deus
etiam in illo mōtis cacumine aquā
pducere: vt vobis laborē tanti iti/
neris dignetur auferre. Qui eūtes
rupem mōtis quē benedictus pdi/
xerat: iam sudantē inuenerūt. Cū/
q3 in ea cōcauum locū fecissent sta
tim aqua repletus est. Que tam suf
ficiēter emanauit: vt nūc vsq3 vber
tim diffluat: atq3 ab illo mōtis ca/
cumine vsq3 ad inferiora deriuet.

De ferro ex profundo aque ad
manubrium reuerso. Ca. vi.

Alio quoq3 tempore gothus
quidam paup spiritu ad con
uersionē venit: quē vir domini be/
nedictus libētissime suscepit. Qua/
dam vero die ei dari ferramentum
iussit: qd ad falcis similitudinē fal
castrum vocatur: vt de quodā loco
vepres abscideret: quaten' illic fie/
ri deberet hortus. Locus autē ipse
quē mundādum gothus susceperat

ſuper ipſaȝ laci ripā iacebat. Cūqȝ
gothus idem dēſitatem veprīū to-
tius virtutis anniſu ſucciderer: fer
rum de manubrio ꝓſiliens in lacū
cecidit: vbi ſcilȝ tanta erat aquaruȝ
ꝓfunditas: vt ſpes requirendi fer-
ramēti nulla iam eſſet. Itaqȝ ferro
ꝑdito tremebūdus ad maurū mo-
nachum cucurrit gothus dānum
quod fecerat nūciauit: ⁊ reatus ſui
egit penitētiam. Qđ maurus quo-
qȝ monachꝰ mox benedicto dei fa-
mulo curauit indicare. Uir igitur
domini benedictus hec audiēs ac-
ceſſit ad locuȝ: tulit de manu gothi
manubrīū ⁊ miſit in lacuȝ. Et mox
ferrū de ꝓfundo rediȷt: atqȝ in ma
nubrium intrauit. Qui ſtatim fer-
ramētum gotho reddidit dicens.
Ecce labora ⁊ noli cōtriſtari.

De eius diſcipulo qui ſup aquā
pedibus ambulauit. Cap. vij.

QUadam vero die dum idē ve
nerabilis benedictus in cella
ꝯſiſteret: predictus placidus puer
ſancti viri monachus ad haurien-
daȝ aquā de lacu egreſſus eſt. Qui
vas qđ tenuerat in aquam incaute
ſummittēs: ipe quoqȝ cadēdo ſecu
tus eſt. Quem mox vnda rapuit et
pene in vnius ſagitte curſuȝ a terra
introrſus traxit. Uir autē dei intra
cellam poſitus hoc protinus agno
uit: ⁊ maurū feſtine vocauit dicēs.
Frater maure curre: quia puer ille
qui ad hauriēdam aquaȝ perrexe-
rat in lacuȝ cecidit: iāqȝ eū longius
vnda trahit. Res mira ⁊ poſt pe-
trum apoſtoluȝ inuſitata. Benedi-
ctione etenī poſtulata atqȝ ꝑcepta:
ad patris ſui imperiū cōcitus mau
rus ꝑrexit: atqȝ vſqȝ ad eum locuȝ:
quo ab vnda deducebat̄ puer per
terram ſe ire exiſtimās: ſup aquas
cucurrit: eumqȝ ꝑ capillos tenuit:
rapidoqȝ curſu rediȷt. Qui mox vt
terram tetigit: ad ſe reuerſus poſt
terga reſpexit: ⁊ quia ſuper aquas
cucurriſſet cognouit. Et quod pre-
ſumere nō potuiſſet vt fieret: mira-
tus extremuit factū. Reuerſus ad
patreȝ: rem geſtā retulit. Uir auteȝ
venerabilis benedictꝰ hoc nō ſuis
meritis: ſed obediētie illius depu-
tare cepit. At cōtra maurus pro ſo
lo eius imperio factū dicebat: ſeqȝ
conſciuȝ in illa virtute nō eſſe: quā
neſciens feciſſet. Sed in hac humi
litatis mutue amica cōtentione: ac
ceſſit arbiter puer qui ereptus eſt.
Nam dicebat: Ego cū ex aqua tra
herer ſup caput meuȝ abbatis me-
lotem videbam. Atqȝ ipſum me ex
aquis educere conſiderabam.

MAgna ſunt valde Petrus.
que narras ⁊ multorū edifi-
cationi profutura. Ego auteȝ boni
viri miracula quo plus bibo plus
ſitio. De infecto veneno pane
per coruū longius profecto. Capi
tulum. viij. Gregorius.

CUm iam loca eadē in amore
dei ⁊ dñi nr̄i ieſu xp̄i longe lateqȝ
ferueſcerēt: ſecularē vitaȝ multi re-

linquerent: 7 sub leni redemptoris
iugo ceruicē cordis edomarent: si/
cut mos prauorū est inuidere aliis
virtutis bonū quod ipsi habere nō
appetūt: vicine ecclesie p̄sbyter flo/
rentius noīe: huius nostri subdia/
coni florētij auus: Antiqui hostis
malicia p̄cussus: sancti viri studijs
cepit emulari: eius quoqʒ cōuersa/
tioni derogare: quosqʒ etiaʒ posset
ab illius visitatione cōpescere. Cū/
qʒ se iam cōspiceret eius p̄fectibus
obuiare nō posse: 7 cōuersationis
illius opinionē crescere: atqʒ mul/
tos ad statuʒ vite melioris ire: ipso
quoqʒ opinionis eius p̄conio inde
sinēter vocari: inuidie facibus ma/
gis magisqʒ succēssus deterior fie/
bat. Quia cōuersationis illius ha/
bere appetebat laudeʒ: sed habere
laudabilē vitam nolebat. Qui eius/
dem inuidie tenebris cecatus: ad
hoc vsqʒ p̄ductus est: vt seruo om/
nipotentis dn̄i infectū veneno pa/
nem quasi pro benedictione trans/
mitteret: quē vir dei cum gratiarū
actione suscepit. Sed eum que pe/
stis lateret in pane non latuit. Ad
horam vero refectionis illius ex vi
cina silua coruus venire consueue/
rat: 7 paneʒ de manu illius accipe.
Qui cuʒ more solito venisset: panē
quē presbyter transmiserat vir dei
ante coruuʒ p̄iecit: eiqʒ precepit di
cens. In noīe iesu xp̄i precipio tibi
tolle hūc panem: 7 tali eum in loco
proice: vbi a nullo hoīe possit inue/
niri. Tunc coruus apto ore: expā
sis alis circa eūdem paneʒ cepit di/
scurrere atqʒ crucitare: acsi apte di
ceret. Obedire se velle: 7 tamē im/
plere iussa nō posse. Cui vir dei ite/
rum atqʒ iterū p̄cipiebat dicēs. Le
ua leua securus: atqʒ ibi proice vbi
inueniri nō possit. Quē diu demo/
ratus quādoqʒ coruus momordit
leuauit 7 recessit. Post vero trium
horarū spaciuʒ abiecto pane rediit
7 de manu hoīs dei anonā quā cō/
sueuerat accepit. Venerabilis autem
pater contra vitam suam inardesce
re sacerdotis animū vidēs: illi ma/
gis q̄ sibi doluit. Sed p̄dictus flo
rentius qꝛ magistri corpus necare
nō potuit: se ad extinguendas di/
scipulorum aīas accendit. Ita vt in
horto celle cui benedictus inerat:
ante eorū oculos nudas septē puel
las mitteret: que coram eis sibi in/
uicem manus tenētes 7 diutius lu/
dentes: illorum mētem ad peruer/
sitateʒ libidinis inflammarēt. Qd
sanctꝰ vir de cella cōspiciēs: lapsuʒqʒ
q̄s adhuc in teneriorībꝰ discipulis
pertimescēs: idqʒ pro sua solius fie
ri p̄secutione p̄tractans inuidie lo/
cum dedit: atqʒ oratoria cūcta que
construxerat sub statutis preposi/
tis a cūctis fratribus ordinauit: 7
paucis secū monachis ablatis ha
bitationē mutauit loci. Moxqʒ vt
vir dei eius odia humiliter declina
uit: hunc omnipotēs deus terribi
liter p̄cussit. Nam cum predictus

presbyter stans in solario benedi-
ctum discessisse cognosceret: ꝛ exul
taret ꝑdurāte immobiliter toti⁹ fa
brica domus hoc ipsum in quo sta-
bat solariū cecidit: ꝛ benedicti ho-
stem ꝯterens extinxit. Quod viri
dei discipul⁹ maurus nomine: sta
tim venerabili patri benedicto q̄
adhuc a loco eodem vix decez mi-
libus aberat: estimauit esse nunci
andū dicēs. Reuertere qꝛ p̄sbyter
qui te ꝑsequebat̄ extinct⁹ ē. Quod
vir dei benedict⁹ audiēs sese in gra
uib⁹ lamētis dedit: vel qꝛ inimic⁹ oc
cubuit: vel qꝛ de inimici morte disci
pul⁹ exultauit. Qua de re factū ē vt
eidē quoqꝫ discipulo penitētiaz in-
diceret: ꝙ mādās talia gaudere de
inimici īteritu p̄sumpsisset. Petr⁹.

Mira sunt ꝛ multuz stupenda
q̄ dicis. Nam in aqua ex pe-
tra ꝓducta moysen. In ferro vero
qḋ ex ꝓfundo aque rediit heliseuz:
In aq̄ itinere petrum. In corui obe
dientia heliā. In luctu autē mortis
inimici dauid video: vt ꝑpendo vir
iste spū iustorū omniū plenus fuit.

Vir dn̄i benedict⁹ Gregori⁹.
petre vnius spiritū habuit: q̄
per concesse redēptionis grām ele-
ctoꝝ corda oīum impleuit. De quo
iohānes dixit. Erat lux vera: q̄ illu
minat oēm hoīem venientē in hūc
mūdū. Et de quo rursus scriptū ē:
De plenitudine ei⁹ nos oēs accepi
mus. Naz scti dei hoīes potuerūt
a dn̄o ꝟtutes habere: nō etiaz aliis
tradere. Ille autē signa virtutis de-
dit subditis: qui se daturū signum
Ione ꝓmisit inimicis: vt corā sup-
bis mori dignaretur: coram humi-
libus resurgere: quaten⁹ ꝛ illi vide
rēt qḋ contemnerēt: ꝛ isti qḋ vene-
rarētur: amare debuissent. Ex quo
mysterio actum est vt dum super-
bi aspiciunt despectum mortis: hu
miles contra mortez acciperēt glo-
riam potestatis. Petrus.

Queso te post hec ad que loca
migrauit vir sanct⁹: vel si ali
quas in eis virtutes ostenderit in
notesce? Gregorius.

Sanct⁹ vir ad alia demigrās
loca non hostem mutauit.
Nam tāto post grauiora prelia ꝑ-
tulit: quāto contra se aperte pugnā
tem ipsum magistruz malitie inue-
nit. Castrum nanqꝫ qḋ cassinū di-
citur: in excelsi montis latere posi-
tum est. Qui videlicet mons distē
so sinu hoc idem castrum recipit:
sed per tria milia in altum se subri
gens velut ad aera cacumē tendit:
vbi vetustissimuz fanū fuit: in quo
ex antiquorū more gētilium a stul
to rusticorum populo apollo cole-
batur. Circūquaqꝫ etiam in cultu z
demonum luci succreuerāt: in qui-
bus adhuc eodem tempore infide
lium insana multitudo sacrificiis
sacrilegis insudabat. Ibi itaqꝫ vir
dei perueniens contriuit idolum:
subuertit araz: succidit lucos: atqꝫ
in ipso templo apollinis oraculum

beati martini: vbi vero eiusdem apollinis fuit: oraculum sancti io annis baptiste ꝯstruxit. Et cōmorantē circūquaqꝫ multitudinē predicatione cōtinua ad fidē vocabat. Sed hec antiquꝰ hostis tacite nō ferens: nō occulte vel per somniū sed aperta visione eiusdē patris se oculis ingerebat: ⁊ magnis clamoribus vim se ꝑpeti conquerebatur. Ita vt ⁊ voces illius etiam fratres audirēt: quāuis imaginē minime cernerent. Ut enim discipulis suis venerabilis pater dicebat: corporalibus eius oculis idem antiquꝰ hostis teterrimus ⁊ succensus apparebat: qui in eum ore oculisqꝫ flammantibus seuire videbatur. Jam vero que diceret audiebāt omnes. Prius enīꝫ hunc vocabat ex nomine. Cui vir dei cum minime responderet: ad eius mox ꝯtumelias erūpebat. Nam cum clamaret dicens benedicte: benedicte: deuꝫ sibi nullo modo cōspiceret respōdere: ꝓtinus adiungebat. Maledicte nō benedicte quid mecū habes? quid me persequeris? Sed iam nunc expectanda sunt cōtra dei famulum antiqui hostis noua certamia: cui pugnā quidē volēs intulit: sed occasiones victorie ministrauit inuitꝰ.

De ingenti saxo per eius orationem leuigato. Cap. ix

Quadā die dū fratres habitacula eiusdē celle ꝯstruerēt: lapis in mediū iacebat: quē in edificium leuare decreuerunt. Cūqꝫ eū duo vel tres mouere nō possēt: plures adiūcti sunt. Sed ita immobilis mansit ac si radicitꝰ in terra teneretur: vt palam daretur intelligi ꝙ sup eum ipse antiquꝰ hostis sederet: quē tantorū virorum manus mouere nō possēt. Difficultate igitur facta ad virum dei missuꝫ est vt veniret: orando hostem repelleret: vt lapidē leuare nō potuissēt. Qui mox venit orationeꝫ faciēs benedictionē dedit: ⁊ tāta lapis celeritate leuatus est: ac si nullum prius pondus habuisset. De fantastico coquine incēdio Cap. x.

Tunc in cōspectu viri dei placuit vt in eodē loco terraꝫ foderēt. Quam dum fodiendo altius penetrarent: ereum illic idolum fratres inuenerunt. Quod ad horam casu in coquinam ꝓiectum: exire ignis repente visus est: atqꝫ in cunctorū monachorū oculis ꝙ omne eiusdē coquine edificiū cōsumeretur ostēdit. Cūqꝫ iaciēdo aquā ⁊ igneꝫ q̄si extinguendo ꝯstreperēt: pulsatus eodē tumultu vir domini aduenit. Qui eundē ignē in oculis fratrum esse: in suis vero nō esse cōsiderās: caput ꝓtinus in orationē flexit: ⁊ eos q̄s fantastico reppit igne deludi reuocauit frēs ad oculos suos vt ⁊ sanū illuc coq̄ne edificiū assistere cernerēt: ⁊ flāmas q̄s āntiquꝰ hostis cernere finxerat nō viderēt.

De seruo dei puerulo ruinato

cōfracto et sanato. Cap. xi.

Ursum dum fratres parietē quem res ita exigebat paulo altius edificarent: vir dei in orationis studio intra cellule sue claustra morabatur. Cuiqz antiquus hostis insultans apparuit: et quasi ad laborātes fratres pergeret indicauit: quod vir dei per nuncium celerrime fratribus indicauit dicēs. Fratres caute vos agite: quia ad vos hac hora malignus spiritus venit. Is qui mandatū detulit vix verba compleuerat: et malignus spiritus eundem parietem qui edificabatur euertit: atqz vnum puerulum monachum cuiusdā curialis filium opprimens ruina contriuit. Contristati omnes ac vehementer afflicti: nō damno parietis sed contritione fratris. Quod venerabili patri benedicto studuerūt celeriter cum graui luctu nunciare. Tunc idem pater ad se dilaceratum puerum deferri iubet. Quem portare nisi in sago potuerūt quia collapsi saxa parietis: eius non solū mēbra sed ossa contriuerunt. Eumqz vir dei precepit stati in cella sua in psiatorio quod vulgo matta vocatur quo ipse orare cōsueuerat proiici. Missisqz foras fratribus cellam clausit. Qui orationi instātius quam solebat incubuit. Mira res: hora eadē hunc incolumē atqz vt prius valētē ad eundem iterū laborē misit: vt ipse quoqz parietē cū fratribus perficeret. De cuius se interitu antiquus hostis benedicto insultare credidisset. Cepit vero inter ista vir dei etiā prophetie spiritu pollere: ventura predicere: presentibus absentia nunciare.

De seruis dei qui cibum contra regulam sumpserunt. Cap. xij.

Os etenim celle fuit vt quotiens ad responsum aliquod egrederētur fratres cibū potumqz minime sumerent extra cellā. Cumqz hoc de vsu regule sollicite seruarēt: quadā die ad respōsum fratres egressi sunt: in quo tardiori cōpulsi sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam feminā nouerāt: cuius ingressi habitaculū sumpserūt cibū. Cumqz iam tardius ad cellā redissent: benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinus percunctatus est dicens. Ubi comedistis? Qui responderūt dicentes nusquam. Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Nunquid illius femine habitaculum non intrastis? Nunquid hos atqz illos cibos nō accepistis? Nunquid tot calices nō bibistis? Cumqz eis venerabilis pater et hospitium mulieris: et genera ciborum: et numerum potionum diceret: recognoscentes cuncta que egerant: ad eius pedes tremefacti ceciderūt se deliquisse cōfessi sunt. Ipse autem protinus culpā pepercit: perpendēs quod in eius absentia vltra non facerēt: quē presentem sibi esse in spiritu scirent.

De fratre valētiniani monachi vt supra. Cap. xiij.

Frater q̄qꝫ valētiniani eiuſdem monaſterij monachi cuius ſupius memoriā feci: vir erat laicus ſed religioſus. Qui vt ſerui dei orationēꝫ ꝑciperet: ⁊ germanum fratrē videret: annis ſingulis de loco ſuo ad cellā ieiunus venire conſueuerat. Quadā igitur die dū iter ad monaſteriuꝫ faceret: ſeſe illi alter viator adiunxit: qui ſumēdos in itinere portabat cibos. Cūqꝫ iaꝫ hora tardior excreuiſſet dixit: veni frater ſumam⁹ cibū ne laſſemur in via. Cui ille reſpōdit: Abſit frater nō faciam: q2 ad venerabilē patreꝫ benedictū ieiunus ſemꝑ venire cōſueui. Quo reſpōſo ꝑcepto ad horam conuiator cōticuit. Sed cum poſt hec aliquātulum itineris ſpatium egiſſent: reuerſus ammonuit vt māducarent. Cōſentire noluit: qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit quidē qui ad māducanduꝫ inuitauerat: ⁊ cū eo ieiunus adhuc ꝑgere ad modicū cōſenſit. Cūqꝫ ⁊ iter longius agerent: ⁊ eos tardior hora fatigaret: ambulantes inuenerunt in itinere pratuꝫ ⁊ fontē: ⁊ q̄qꝫ poterāt ad reficiēdum corpus delectabilia videri. Tūc cōuiator ait. Ecce aqua: ecce pratū: ecce amen⁹ locus in quo poſſumus refici: ⁊ parum requieſcere: vt valeamus iter noſtrū poſtmodū incolumes explere. Cūqꝫ igitur ⁊ verba auribus: ⁊ loca oculis blandirētur: hac tertia ammonitione ꝑſuaſus ꝯſenſit ⁊ comedit. Veſptina vero hora ꝑuenit ad cellam. Preſentatus autē venerabili benedicto patri: ſibi orōnem petijt. Sed mox vir dei ei hoc qđ in via egerat īpropauit dicens. Quid eſt frater? Malignus hoſtis q̄ tibi ꝑ ꝯuiatorē tuū locutus eſt: ſemel tibi ꝑſuadere nō potuit: ſecūdo non potuit: ad tertiū ſuaſit: ⁊ te ad hoc qđ voluit ſuꝑauit. Tunc ille reatuꝫ infirme ſue mētis agnoſcens: eius pedibus ꝓuolutus: tāto magis cepit culpā deflere ⁊ erubeſcere: quāto ſe cognouit etiā abſentē in bn̄dicti p̄ris oculis deliq̄ſſe. Petrus.

Ego ſci viri p̄cordis eliſei ſpm̄ video ineſſe: qui abſenti diſcipulo preſens fuit. Gregorius.

De ſimulatione regis totile deprehenſa. Cap. xiiij.

Oportet petre vt iteruꝫ ſileas: quatenus adhuc maiora cognoſcas. Gothorū nāqꝫ tꝑibus cū rex eoꝝ totila ſcm̄ viꝝ ꝓphetie ſpiritū habere audiſſet: ad eius monaſteriū ꝑgens paulo longius ſubſtitit: eiqꝫ ſe venturum eſſe nunciauit. Cui dum ꝓtinus mandatū de monaſterio fuiſſet vt veniret: ipſe ſicut ꝑfide mētis fuit: an vir domini prophetie ſpiritū haberet explorare conatus eſt. Quidaꝫ vero eius ſpatarius rigo dicebatur. Cui calciamēta ſua prebuit: eūqꝫ indui veſtibus regalibus fecit: quē quaſi in ꝑſona ſua ꝑgere ad dei hominē precepit. In cui⁹ obſequio: tres qui ſibi pre

ceteris adherere consueuerāt comites misit. s. vul: ruderic: z blidin: vt ante serui dei oculos ipm esse regē totilaz simulātes: eius lateri obambularent. Cui alia quoqz obsequia multa atqz spatarios pbuit: vt tam ex eisdem obsequijs: q ex purpureis vestib⁹ rex esse putaret. Cūqz idem rigo decoratus vestibus obsequentiū frequētia comitat⁹: monasterium fuisset ingressus: vir dei eminus sedebat. Quē veniente cōspiciens cum iam ab eo audiri potuisset: clamauit dicēs. Depone fili: depone hoc qd portas: nō est tuū. Qui rigo ptinus in terrā cecidit: z quia tanto viro illudere psumsisset expauit. Omnesqz qui cū eo ad dei hominē veniebāt in terram cōsternati sunt. Surgentes autē ad eum ppinquare minime psumpserunt. Sed ad suum regē reuersi: nūciauerunt trepidi in quanta velocitate fuerant deprehensi.

De pphetia que de eodem rege totila facta est. Cap. xv.

TUnc p se idē totila ad dei hominem accessit: quē cū longe sedentē cerneret nō ausus accedere sese i terrā dedit. Cui cū vir dei bis terqz diceret surge: sed ipse ante eū erigi de terra non auderet: benedictus iesu christi domini famulus p semetipm accedere dignat⁹ est ad regem prostratū: qui de terra leuauit: de suis actibus icrepauit: atqz in paucis sermonibus cuncta q illi erant ventura prenūciauit dicens. Multa mala facis: multa fecisti: iam aliquādo ab iniquitate compescere. Et quidē romā ingressurus es: mare trāsiturus: nouē annis regnabis: decimo morieris. Quib⁹ auditis rex vehemēter territ⁹ oratione petita recessit: atqz ex illo iam tēpore minus crudelis fuit. Cum nō multo post romā adijt ad sciciliam perrexit. Anno autē regni sui decimo oipotentis dei iudicio regnuz cū vita pdidit. Preterea antistes canusine ecclesie ad eūdē domini famulū venire psueuerat: quē vir dei pro vite sue merito valde diligebat. Is itaqz dum cū illo de ingressu regis totile: z romane vrbis pditione colloquiuz haberet dixit. Per hunc regē ciuitas ista destruetur: vt iam amplius nō inhabitet. Cui vir domini respondit. Roma a gentibus nō exterminabitur: sed tempestatibus coruscis z turbinibus ac terremotu fatigata marcescet i semetipsa. Cuius pphetie misteria nobis iā facta sunt luce clariora. Qui i hac vrbe dissoluta menia: euersas domos: destructas ecclesias turbine cernimus: eiusqz edificia longo senio lassata: qz ruinis crebrescētibus prosternūtur videmus. Quanuis hoc honoratus eius discipulus cuius mihi relatione comptuz est nequaq ex ore eius audisse se phibet: sed quia hoc dixerit dictum sibi a fratribus fuisse

testatur. De clerico a demo/
nio liberato. Ca.xvi.
Eodem quoqꝫ tēpore quidaꝫ
aquinensis ecclesie clericus a
demonio vexabatur: qui a venera/
bili viro constantio ecclesie eius an
tistite ꝑ multa fuerat martyrū loca
trāsmissus vt sanari potuisset. Sꝫ
sancti dei martyres noluerūt ei sa/
nitatis donum tribuere: vt quanta
esset in benedicto gratia demōstra
rent. Ductus itaqꝫ est ad omnipotē
tis dei famulū benedictū. Qui iesu
xp̄o dn̄o preces fundens: antiquū
hostē de obsesso hoīe ꝓtinus expu
lit. Cui sanato p̄cepit dicēs. Uade
⁊ post hec carneꝫ nō comedas: ad
sacrū ꝟo ordinē nunq̄ꝫ accedere p̄/
sumas. Quacūqꝫ antē die sacrū or
dineꝫ temerare p̄sumpseris: statim
iuri diaboli iteruꝫ mācipaberis. Di
scessit igitur clericus sanus. Sicut
terrere solet animū pena recens: ea
que vir dei p̄ceperat interim custo/
diuit. Cū vero post annos multos
omnes p̄ores illius de hac luce mi
grassēt: ⁊ minores suos sibimet su/
perponi in sacris ordinibus cerne/
ret: verba viri dei quasi ex longo tē
pore oblitus postposuit: atqꝫ ad sa
cruꝫ ordinem accessit. Quē mox is
qui reliq̄rat diabolus tenuit eūqꝫ
vexare quousqꝫ animā eius excute
ret nō cessauit. Petrus.
Iste vir diuinitatis vt video
etiam secreta penetrauit: qui
perspexit hunc clericū idcirco dia/
bolo traditum: ne ad sacrū ordineꝫ
accedere auderet. Gregorius.
Quare diuinitatis secreta nō
nosset: qui diuinitatis prece/
pta seruaret? Cuꝫ scriptū sit: q̄ ad/
heret dn̄o vnus sp̄us est. Petr⁹.
Si vnus sp̄us fit cum dn̄o qui
dn̄o adheserit: quid est q̄d
iterum idem egregius p̄dicator di
xit. Quis nouit sensum dn̄i: aut q̄s
consiliarius eius fuit? Ualde eniꝫ
esse incōueniens videtur: eius sen/
sum cū quo vnus fact⁹ fuerit igno/
rare. Gregorius.
Sancti viri inquantū cuꝫ deo
sunt sensum domini nō igno
rant. Nam ideꝫ quoqꝫ apostolus
dixit. Quis eni scit hominū q̄ sunt
hoīs: nisi sp̄us hoīs qui in ip̄o est?
Ita ⁊ que dei sunt nemo cognouit:
nisi sp̄us dei. Qui vt se ostenderet
nosse que dei sunt adiūxit: nos aūt
nō spiritū huius mūdi accepimus
sed spiritū q̄ ex deo est. Hinc iteruꝫ
dicit q̄ꝫ oculus non vidit: nec auris
audiuit: nec in cor hoīs ascendit: q̄
preparauit deus diligētibus se: no
bis autē reuelauit ꝑ spiritū suum.
Si ergo eidē aposto/ Petr⁹.
lo ea q̄ dei sunt ꝑ dei spirituꝫ
fuerāt reuelata: quō sup hoc quod
ꝓposui p̄misit dicens: O altitudo
diuitiaruꝫ sapiētie ⁊ scientie dei: q̄ꝫ
incomprehēsibilia sunt iudicia dei:
⁊ inuestigabiles vie ei⁹? Sed rur/
sum mihi hec dicēti alia orit̄ q̄stio.
Nam dauid propheta dn̄o loq̄tur

dicens. In labijs meis pronūciaui oīa iudicia oris tui. Et cū minus sit nosse: ꝙ etiaꝫ pronūciare: quid est ꝙ paulus incōprehensibilia esse iudicia dei asserit: Dauid auteꝫ hec se oīa nō soluꝫ nosse: sed etiā in labijs pronūciasse testatur. Gregori⁹.

Hꝫ vtraqꝫ hec tibi supius sub breuitate respōdi dicens: ꝙ sancti viri inquantū cū dn̄o vnum sunt: sensum domini nō ignorant. Oēs eni q̄ deuote dominū sequūtur: etiam ipsa deuotione cum deo sunt: ⁊ adhuc carnis corruptibilis pondere grauati cū deo non sunt. Occulta itaqꝫ dei iudicia iquantū cum eo ꝯiuncti sunt sciūt: inq̄tum disiūcti nesciūt. Quia enim secreta eius adhuc pfecte nō penetrāt: incomprehēsibilia eius iudicia esse testantur. Quia vero ei mēte inherēt atqꝫ inherendo vel sacre scripture eloquijs vel occultis relationibus inquantū accipiūt agnoscūt: hec ⁊ nouerūt ⁊ pronūciāt. Iudicia igit̄ que deus tacet nesciūt: ⁊ que deus loquit̄ sciūt. Unde ⁊ dauid ꝓpheta cum dixisset: in labijs meis pronunciaui oīa iudicia: ꝓtinus addit oris tui. Ac si apte dicat: Illa ego iudicia ⁊ nosse ⁊ pronūciasse potui que te dixisse cognoui. Nam ea q̄ ipse nō loqueris: nostris ꝓculdubio cognitiōibus abscōdis. Cōcordat ergo ꝓphetica apostolicaqꝫ sētētia: qꝛ ⁊ incōprehēsibilia dei iudicia ⁊ tamen q̄ ore ei⁹ ꝓlata fuerint humanis labijs pronunciātur: qm̄ sciri ab hoībus ⁊ ꝓlata p deuꝫ possunt: ⁊ occulta nō possunt. Petr⁹.

In obiectiōe mee q̄stiuncule patuit causa rōnis: sed q̄so te si q̄ sūt adhuc de hui⁹ viri virtutib⁹ subiūge. De ꝓphetia destructionis monasterij sui. Ca. xvij.

Uir quidā nobilis Gregori⁹. theopropus noīe eiusdeꝫ benedicti patris fuerat ammonitiōe cōuersus: q̄ ꝓ vite sue merito: magnam apud eū familiaritatis fiduciam habebat. Hic cū quadā die ei⁹ cellulā fuisset igressus: hūc amarissime flentē repperit. Cūqꝫ diu substeteret eiusqꝫ nō finiri lachrymas videret: nec tn̄ vt vir dei ꝯsueuerat orādo plāgeret: sed merēdo quenā causam tāti luct⁹ existeret inq̄siuit. Cui vir dei illico respōdit. Oē hoc monasteriū qd̄ cōstruxi: ⁊ cūcta q̄ fratribus ꝑparaui: oīpotentis dei iudicio gentibus tradita sunt. Uix autē obtinere potui: vt mihi ex hoc loco aīe cōcederentur. Cuius vocē tūc theoprop⁹ audiuit: nos aūt cernimus: q̄ destructū mō a lōgobardorū gente ei⁹ monasteriū scimus. Nocturno eteni tpe descentib⁹ fratribus: nup illic lōgobardi ingressi sunt: q̄ diripiētes oīa: ne vnū q̄deꝫ hoīem illic tenere potuerunt. Sed impleuit oīpotens de⁹ qd̄ fideli famulo benedicto ꝓmiserat: vt si res gentibus traderet animas custodiret. Qua in re pauli vicē video te

nuisse benedictum: cuius dum na/uis rerum omniū iacturam pertu/lit ipse in consolationē vitaz oīum qui eum comitabātur accepit.

De flascone sublato ꝛ p̄ spiritū cognitio. Cap. xviij.

Quodā quoqꝫ tēpore: exhila/ratus noster quez ipse cōuer sum nosti trāsmissus a dn̄o suo fu/erat: vt dei viro in monasteriuz vi/no plena duo lignea vascula: q̄ vul/go flascones vocātur deferret: qui vnum detulit: alteruz vero pergēs in itinere abscōdit. Vir autē domi ni quem facta absentia latere non poterant: vnū cū gratiarū actione suscepit: ꝛ discedentē puerum mo nuit dicēs: vide fili de illo flascone quem abscondisti iam nō bibas: sꝫ inclina illuz caute: ꝛ inuenies quid intus habet. Qui confusus valde a dei hoīe exiuit ꝛ reuersus volens adhuc ꝓbare qđ audierat: cuz fla/sconez inclinasset de eo ꝓtinus ser/pens egressus est. Tunc predictus exhilaratus puer p̄ hoc ꝙ in vino repperit: expauit malum qđ fecit.

De mappulis ab ancilla dei acce ptis Cap. xviiij.

Non longe autem a monaste/rio vic⁹ erat. In quo magna multitudo hominum ad fidem dei ab idolorūz cultura benedicti fue/erat exortatiōe ꝯuersa. Ibi quoqꝫ quedā sctimoniales femine inerāt ꝛ crebro illuc pro exortandis ani/mabus fratres suos mittere bene/dict⁹ dei famulus curabat. Quadā vero die misit ex more: sed is qui missus fuerat monachus: post ad/monitionē factam a sanctimoniali/bus feminis rogat⁹ mappullas ac/cepit: sibiqꝫ eas abscondit in sinu. Qui mox vt reuersus est: eum vir dei vehemētissima amaritudie ce/pit increpare dicens: quomodo in/gressa est iniqtas in sinū tuuz? At ille obstupuit: ꝛ quid egisset oblit⁹ vnde corripiebat ignorabat. Cui ait: nūquid ego illic p̄sens non erā qn̄ ab ancillis dei mappulas acce/pisti tibiqꝫ i sinu misisti? Qui mox eius pedibus prouolutus stulte se egisse penituit: ꝛ eas quas in sinu absconderat mappullas proiecit.

De superba cogitatione pueri p̄ spiritum cognita. Cap. xx.

Quadam quoqꝫ die: cum ve/nerabilis pater vespertina iā hora corporis alimenta perciperet eius monachus cuiusdam defenso ris filius fuerat: qui ei ante mēsam lucernā tenebat. Cūqꝫ vir dei ede/ret: ipse autē cū lucerne ministerio staret: cepit per superbie spiritum in mente sua tacitus voluere: ꝛ per cogitationē dicere: quis est hic cui ego manducanti assisto: lucernam teneo: seruitium impēdo: quis suz ego vt isti seruiam? Ad quē vir dei statim conuersus: vehemēter eum cepit increpare dicēs: signa cor tuū frater: qđ est hoc qđ loq̄ris? signa cor tuū. Vocatisqꝫ stati₃ fratribus

precepit ei lucernam de manu tolli: ipsum vero iussit a ministerio recedere: et sibi hora eadē quietum sedere. Qui requisitus a fratribus quid habuerit in corde: per ordinem narrauit quāto superbie spiritu itumuerat: et q̄ cōtra virū dei verba per cogitationē tacitus dicebat. Tūc liquido oībus patuit: quod venerabilē benedictū latere nihil posset: in cuius aurē etiā cogitationis verba sonuissent. De ducētis farine modijs famis tempore ante cellas in saccis inuētis. Cap. xxi.

Alio igitur tempore in eadē cāpanie regione fames icubuerat magna: q̄ oēs alimētorum indigētia coangustabat: iamque i benedicti monasterio triticum deerat: panes vero pene oēs cōsumpti fuerāt: vt nō plus quam q̄nque ad refectionis horam fratribus īueniri potuissent. Cūque eos venerabilis pater cōtristatos cerneret: eorum pusillanimitatē studuit modesta icrepatiōe corrigere: et rursum promissiōe subleuare dicēs: Quare de panis inopia vester animus cōtristatur? Hodie q̄dē minus est: sed die crastina abūdāter habebitis. In ipso autem biduo more suo in orōne fuit occupatus. Sequēti aūt die ducēti farine modij ante fores cellule in saccis inuēti sunt. Quos oīpotēs deus q̄bus deferētibus trāsmisisset: nūc usque manet incognitū. Quod cū fratres cernerēt: domino gratias referētes: didicerūt iā de abūdātia nec in egestate dubitare. Petrus.

Dic queso te: nūquid nā credēdū est huic dei famulo semper prophetie spiritū adesse potuisse: an per interualla tēporum eius mētē prophetie spiritus iplebat? Gregorius.

Prophetie spūs petre prophetarum mētes nō semper irradiat: quia sicut de sancto spū scriptum est: vbi vult spirat: ita sciendū est: quia et quādo vult aspirat. Hinc est etenim quod nathan a rege requisitus si cōstruere tēplū posset: prius consensit et postmodū prohibuit. Hinc est quod heliseus cū flētē mulierē cerneret causamque nesciisset: ad prohibētē hāc puerū dicit dimitte eā: quia aīa eius in amaritudine est: et dominus celauit a me et nō indicauit mihi. Quod oīpotēs deus ex magne pietatis dispēsatione disponit: quia dū prophetie spm̄ aliquādo dat: aliquādo subtrahit: prophetātium eo leuat in celsitudinē: et custodit i humilitate: vt et accipientes spiritū iueniāt q̄d de deo sunt: et rursum prophetie spm̄ nō habētes: cognoscant q̄d sint de semetipsis. Petrus.

Ita hoc esse vt asseris magna ratio clamat: adhuc q̄d animo occurrit exequere.

De fabrica monasterij terracensis per visionē. Cap. xxij. Grego.

Alio quoque tēpore a quodam viro fuerat rogatus: vt i eius predio iuxta terracinēsem vrbē missis discipulis suis: construere monasteriū ibidē debuissent. Qui rogāti cōsentiēs: deputatis fratribus patrē

cõstituũt: ⁊ quis eẽt secundus ordi-
nauit. Quibus euntibus spopõdit
dicẽs. Ite ⁊ in die illo ego venio: ⁊
ostẽdam vobis in quo loco oratori
um: In quo refectoriũ fratruz: In
quo susceptionẽ hospitũ: vel queq̃
sũt necessaria edificarĩ debeatꝫ. Qui
bñdictione ꝑcepta ilico prexerũt:
⁊ cõstitutũ diem magno opꝑe ꝑsto-
stolantes: parauerũt oĩa que his q̇
cũ tãto pr̃e venire potuissent vide-
bantur esse necessaria. Nocte vero
eadẽ qua ꝓmissus illucescebat di-
es: eidẽ suo dei quẽ illic patrẽ ꝯsti-
tuerat: atqꝫ eius ꝑposito vir dñi be
nedictus ĩ somnis apparuit: ⁊ loca
singula vbi q̇d ⁊ quo edificari de-
buissent subtilit̃ designauit. Cũqꝫ
vtriqꝫ a somno surgerẽt: sibi inui-
cem qđ viderãt retulerũt: nõ tamẽ
visioni illi oĩmodo fidem dãtes: vi
ruz dei sicut se ꝓmiserat venire ex-
pectabãt. Cũqꝫ vir dei ꝯstituto die
minime venisset: ad eũ cuz merore
reuersi sunt dicẽtes: Expectauimꝰ
pater vt venires sicut nobis ꝓmisi
sti: ⁊ nobis ostẽderes vbi q̇d ⁊ quo
edificare deberemus: ⁊ nõ venisti.
Quibꝰ ipse ait. Quare fratres q̃re
ista dicitis? Nũquid sicut ꝓmisi
nõ veni? Cui cũ ipsi dicerent quan-
do venisti? Respondit: Nũquid
vtrisqꝫ vobis dormiẽtibus nõ ap-
parui: ⁊ loca singula designaui? Ite
⁊ sicut per visionez audistis sic oĩa
habitacula monasterii constituite.
Qui hec audiẽtes vehementer ad
mirati: ad predictuz predium sunt
reuersi: ⁊ cũcta habitacula sicut ex
reuelatione didicerant construxe-
runt. Petrus.

DOceri veliꝫ quo fieri ordine
potuit vt longe iret: respon-
sum dormientibus diceret: qđ ipsi
per visionem audirent ⁊ recogno-
scerent? Gregorius.

QUid est ꝙ perscrutãs rei ge-
ordinẽ ambigis petre? liquet
profecto quia mobilioris nature ẽ
spiritus q̃ʒ corpꝰ: ⁊ certe scriptura
teste nouimus: ꝙ ꝓpheta ex iudea
subleuatus: repente est cum pran-
dio in caldeam depositus. Quo vi-
delicet prandio ꝓphetaz refecit: se
qꝫ repẽte in iudea iterum inuenit.
Si igitur tam longe abachuc po
tuit sub momẽto corporaliter ire:
⁊ prandium deferre: quid mirum
si benedictus pater obtinuit q̃tenꝰ
iret per spiritum: ⁊ fratruz quiescẽ-
tium spiritibus necessaria narraret
vt sicut ille cũ cibo corporis corpo-
raliter perrexit: ita iste ad instituti-
onẽ spiritalis vite spũaliter perge-
ret. Petrus.

MAnus tue locutionis tersit a
me fateor dubietatem mentis: sed
veliꝫ nosse in cõmuni locutione: q̃-
lis iste vir fuerit? Gregoriꝰ.

UIx ipsa petre communis eiꝰ
locutio a virtutis erat põde-
re vacua: quia cuius cor sese in alta
suspenderat: nequaq̃ʒ verba mo-
re ipsius incassum cadebant. Si

quid vero vnq̄ non iā decernēdo sed minando diceret tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc non dubie atq; suspēse: sed iam per sententiam protulisset.

De ancillis dei que post mortem per oblationē eius cōmunioni restitute sunt. Cap. xxiij.

IAm nō longe ab eius monasterio due qdā scīmoniales femine nobiliori genere exorte i loco proprio conuersabātur: quibus quidā religiosus vir ad exterioris vite vsū prebebat obsequiū. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatē mētis: vt minus se in hoc mundo despiciant qui plus se ceteris aliqd fuisse meminerunt. Necdum pdicte sanctimoniales femine perfecte linguas sub habitus sui freno restrinxerāt: eundem virum religiosum qui ad exteriora necessaria eis obsequiū prebebat: incautis sepe sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui cum diu ista tolerarat: perrexit ad dei hominem: quātasq; pateretur verborū contumelias enarrauit. Vir autem dei hec de illis audiēs: protinus mandauit dicens. Corrigite linguam vestram: quia si non emendaueritis: excōmunico vos. Quā videl; excōmunicatiōis sententiam nō proferēdo intulit: sed intēptando. Ille autem a pristinis moribus nihil mutate itra paucos dies defuncte sunt: atq; in ecclesiam sepulte. Cūq; in eadem ecclesia missarū solēnitates celebrarētur: atq; ex more diaconus clamaret: si qs nō cōmunicat det locū: nutrix earū que pro eis oblationē domino deferre cōsueuerat: eas de sepulchris suis progredi ⁊ exire ecclesiam videbat. Quod cum sepius cerneret quia ad vocem diaconi clamantis exiebāt foras: atq; intra ecclesiam permanere nō poterant: ad memoriam rediit: que vir dei illis adhuc viuētibus mādauit: eas quippe ex cōmunione priuari dixerat: nisi mores suos ⁊ verba corrigerēt. Tunc seruo dei cum graui merore indicatū est. Qui manu sua protinus oblationem dedit dicēs. Ite ⁊ hāc oblationem pro eis offerri domino facite: ⁊ vlterius excōmunicate nō erūt. Que dū oblatio p eis fuisset imolata: ⁊ a diacono iuxta morem clamatū est: vt nō cōmunicantes ab ecclesia exirent: ⁊ ille exire ab ecclesia vlterius vise nō sunt. Qua ex re indubitāter patuit: quia dum inter eos qui cōmunione priuati sunt minime recederēt cōmunionē a dño per seruū recepissent. Petrus.

MIrum valde quāuis venerabilem ⁊ sanctissimum virum adhuc tamen in hac carne corruptibili degētem potuisse animas soluere: in illo iā inuisibili iudicio cōstitutas. Gregorius.

NUnqd nā petre i hac adhuc carne nō erat: qui audiebat

quodcūq; ligaueris sup terrā erit ligatū ⁊ in celis. Et quodcunq; solueris sup terrā soluta erūt ⁊ in celis? Cuius vicē nūc in ligādo ⁊ soluēdo obtinent: qui locū sancti regiminis fide ⁊ moribꝫ tenēt. Sed vt tanta valeat homo de terra: celi ⁊ terre cōditor in terrā venit e celo: atq; vt iudicare caro etiā de spiritibus possit: hoc ei largiri dignatus est factus pro hoībus deꝰ caro. Qr inde surrexit vltra se infirmitas nostra: vnde sub se īfirmata est firmitas dei. Petrus.

Cum virtute signoꝝ: concorditer loquitur ratio verborū.

De puero monacho quē sepultū terra ꝓiecit. Ca. xxiiij. Grego.

Quadā quoq; die dū q̄dā eiꝰ puerulus monachꝰ parentes suos vltra q̄ꝫ debebat diligens: atq; ad eoꝝ tabernaculū tendēs: sine benedictiōe de monasterio exisset: eodē die mox vt ad eos ꝑuenit: defūctꝰ est. Cūq; esset sepultus: die altero ꝓiectū foras corpꝰ eius īuentū est. Quod rursus tradere sepulture curauerūt: sed sequēti die iterū ꝓiectū exterius atq; ihumatū sicut prius īuenerūt. Tūc cōcite ad benedicti patris vestigia currētes: cū magno fletu petierūt: vt ei suā gratiā largiri dignaret. Quibꝰ vir domini manu sua protinus cōmunionē dominici corporis dedit dicēs: Ite atq; hoc dominicū corpus sup pectus eius ponite: eūq; sepulture sic tradite. Quod dū factū fuisset: corpus eius susceptū terra tenuit: nec vltra proiecit. Perpēdis petre apd iesum christum dominū cuiꝰ meriti iste vir fuerit? Petrus.

Perpendo plane ⁊ vehementer stupeo: vt eius corpus etiā terra etiā proijceret: q̄ benedicti gratiam nō haberet. De monacho qui a monasterio discedēs: draconem cōtra se in itinere vidit. Cap. xxv. Gregorius.

Quidam eiꝰ monachus mobilitati mētē dederat: ⁊ permanere in monasterio nolebat. Cūq; eū vir dei assidue corriperet ⁊ frequēter ammoneret: ipse ꝟo nullo modo cōsentiret in cōgregatione persistere: atq; īportunis precibus vt relaxaretur īmineret: Quadā die idē venerabilis pater nimietatis eius tedio affectus: iratꝰ iussit vt discederet. Qui mox vt monasteriū exijt: cōtra se assistere apto ore draconē in itinere īuenit. Cūq; eū idē draco qui apparuerat deuorare vellet: cepit ipse tremēs ⁊ palpitās magnis vocibꝰ clamare: Currite: currite: quia draco iste deuorare me vult. Currētes aūt fratres draconē minime viderūt sed tremētē atq; palpātē monachū ad monasteriū reduxerūt. Qui statim ꝓmisit nunq̄ꝫ se esse iam a monasterio recessurū: atq; ex hora illa in sua promissione permāsit. Quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat:

quem prius non videndo seque/batur. De puero ab elefantia curato. Cap. xxv.

SEd neqȝ hoc silendum puto: qđ illustri viro ãtonio narrã te cognoui: q̃ aiebat patris sui pueruȝ morbo elefãtino esse correptũ: ita vt iam pilis cadẽtibus cutis intumesceret: atqȝ in crescẽtem sanie occultare nõ posset. Qui ad viruȝ dei ab codeȝ patre eius missus est: ꝛ saluti pristine sub omni celeritate restitutus.

De solidis ꝑ miraculũ debitori redditis. Cap. xxvij.

NEqȝ illud taceam qđ eius discipulus peregrinus noĩe mihi narrare cõsueuerat: qꝛ die quadam fidelis vir quidam necessitate debiti cõpulsus: vnũ sibi fore remedium credidit: si ad dei viruȝ ꝑgeret: ꝛ que eum vrgeret debiti necessitas indicaret. Uenit itaqȝ ad monasterium: omnipotẽtis dei famulum repperit: qꝛ a creditore suo ꝓ duodecim solidis grauiter affligeretur itimauit. Cui venerabilis pater nequaq̃ se habere duodecim solidos respõdit. Sed tamẽ eius inopiã blanda locutiõe cõsolatus ait. Uade ꝛ post biduuȝ reuertere: qꝛ deest hodie qđ tibi debeã dare. In ipso autem biduo: more suo in oratione fuit occupatus. Cum die tertio is qui necessitate debiti affligebatur redijt. Super archam vero monasterij que erat frumento plena: subito tredecim solidi sunt inuẽti. Quos vir dei deferri iussit: ꝛ afflicto petitori tribuit dicẽs: vt duodecim redderet ꝛ vnuȝ in expensis proprijs haberet. Sed ad ea nunc redeaȝ: que eius discipulis in libri huius exordio predictis referentibus agnoui. Quidaȝ vir grauissima aduersarij sui emulatione laborauerat. Cuiꝰ ad hoc vsqȝ odiũ prorupit: vt ei nescienti in potũ venenum daret. Quod quãuis vitaȝ auferre nõ valuit: cutis tamẽ colorem mutauit: ita vt diffusa ĩ corpore eius varietas lepre morem imitari videretur. Sed ad dei homineȝ deductus: salutem pristinaȝ citius percepit. Nam mox vt eum contigit: omnem cutis illius varietatem fugauit.

De ampula vitrea in saxis proiecta ꝛ nõ fracta. Cap. xxviij.

EOdem quoqȝ tempore quo alimentorum inopia campaniam grauiter affligebat: vir dei diuersis indigentibus monasterij sui cũcta tribuerat: vt pene nihil in cellario nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidaȝ subdiaconus agapitus nomine aduenit: magnopere postulãs vt sibi aliquantulum oleum dari debuisset. Uir autem domini qui cũcta decreuerat in terra tribuere: vt ĩ celo omnia reseruaret: hoc ipsum parũ qđ remanserat olei iussit petenti dari. Monachus vero qui cellariuȝ te/

nebat: audiuit quidem iubētis im/
perium: sed implere distulit. Cūqꝫ
post paululum si id quod iusserat
datum esset inquireret: respondit
monachus se minime dedisse: quia
si illud tribueret omnino nihil fra/
tribus remaneret. Tunc irat⁹ aliis
precepit vt hoc ipsum vas vitreum
in quo parum olei remansisse vide/
batur per fenestraz proiicerent: ne
in cella aliquid per inobedientiā re
maneret. Factumqꝫ est. Sub fene
stra autem eadem ingens precipi/
tium patebat: saxorū molibus asp/
sum. Proiectum itaqꝫ vas vitreum
venit in saxis: sed sic mansit incolu
me: acsi proiectum minime fuisset:
ita vt neqꝫ frangi neqꝫ oleum effun
di potuisset. Quod vir domini pre/
cepit leuari: atqꝫ vt erat integrū pe
tenti tribui. Tunc collectis fratri/
bus inobedientē monachū de infi/
delitate sua ⁊ supbia: coram omni
bus increpauit.

De dolio va/
cuo ⁊ oleo repleto. Cap. xxix.

Qua increpatione cōpleta: se
se cum eisdē fratribus in ora/
tionē dedit. In eo autē loco vbi cū
fribus orabat: vacu⁹ erat ab' oleo
dolius ⁊ cooptus. Cumqꝫ sanctus
vir in oratione psisteret cepit operi
mentū eiusdem dolei oleo excrescē
te subleuari. Quo cōmoto atqꝫ sble
uato: oleū qđ excreuerat ora dolii
trāsiēs pauimētū loci i quo icubu/
erāt inūdabat. Qđ benedictus dei
famul⁹ vt aspexit ,ptin⁹ orationē cō
pleuit atqꝫ i pauimēto oleū deflue/
re cessauit. Tūc diffidētē inobedi/
dentēqꝫ fratrē latius admonuit vt
fidē habere disceret ⁊ humilitatē.
Idē vero frater salubriter correp/
tus erubuit: q² venerabilis pater
virtutē oipotētis domini quā ad/
monendo intimauerat: miraculis
ostendebat. Nec erat iam vt quis/
quis iam de eius ,pmissionib⁹ du/
bitare posset: qui vno eodēqꝫ mo/
mēto ,p vitreo vase pene vacuo ple
num oleo dolium redidisset.

De monacho a demonio libe/
rato. Cap. xxx.

Quadā die dū ad beati iohan
nis oratorium qđ in ipso mō
tis celsitudine situ est pgeret: ei an
tiquus hostis i mulo sedētis specie
medici obuiā factus est cornu ⁊ tri
pedicaz ferens. Quem cum requi/
sisset dicens vbi vadis: ille respon/
dit. Ecce ad fratres vado potionē
eis dare. Itaqꝫ perrexit venerabi
lis benedict⁹ ad orationē: qua cō/
pleta ,ptinus rediit. Malignus ve
ro spiritus vnuz seniorē monachuz
inuenit aquā haurientē in quo sta/
tim ingressus est: eūqꝫ in terraz ,p/
iecit: ⁊ vehemētissime vexare cepit.
Quē cum vir dei ab oratione redi/
ens: ⁊ eundem senem monachum
tam crudeliter vexare conspiceret:
ei solūmodo alapam dedit: ⁊ mali/
gnum ab' eo spiritum ,ptinus excus
sit: ita vt ad eum redire vlterius nō
auderet. Petrus.

CElum nosse si hec tãta miracula virtute semp orõnis impetrabat: an aliquãdo solo volũtatis exhibebat nutu? Gregorius.

QUi deuota mente deo adherent: cũ rerum necessitas exposcit exhibere signa modo vtroqȝ solent: vt mira queqȝ aliquãdo ex prece faciãt aliquãdo ex potestate. Cum enĩ iohãnes dicat: quotquot autẽ receperũt eũ dedit eis potestatez filios dei fieri: qui filij dei sunt: quid mirum si signa facere ex potestate habeãt? Quis enim vtroqȝ modo miracula exhibeãt: testatur petrus qui tabitã mortuã orando suscitauit. Ananiã ⁊ saphiram mẽtientes: morti increpãdo tradidit. Neqȝ enim orasse in eorũ extinctione legitur: sed solũmodo culpam quã ppetrauerant increpasse. Cõstat ergo quia aliquãdo hec ex potestate: aliquando vero exhibẽt ex postulatione: duz ⁊ istis vitã increpãdo abstulit ⁊ illi reddidit orãdo Nam duo quoqȝ fidelis dei famuli benedicti facta nũc replico: in q̃bus aperte clareat: ⁊ aliud nũc ex accepta diuinitus potestate: aliud ex orõne potuisse. De ligato rustico ⁊ solo ei⁹ visu soluto. Ca. xxxi

GOthorũ quidã galla nomine perfidie fuit arriane: qui totile regis temporibus eorum cõtra catholice ecclesie religiosos viros ardore imanissime crudelitatis exarsit: ita vt quisqȝ ei clericus monachus ue ante faciẽ suam venisset: ab eius manib⁹ viuus nullo modo exiret. Quadaz vero die auaritie sue estu succensus in rapina rerũ inhians: dum quendam rusticum crudelibus affligeret tormentis: eũqȝ p supplicia diuersa laniaret victus penis rusticus: sese res suas benedicto dei famulo commendasse pfessus: vt dũ hoc a torquẽte credit suspẽsa interim crudelitate ad vitã aliquantulũ seruaret. Tunc isdez galla cessauit rusticũ tormẽtis affligere: sed ei⁹ brachia loris fortibus astringẽs: ante equũ suũ cepit ipellere: vt q̃s esset benedict⁹ q̃ ei⁹ res susceperat demõstraret. Quẽ ligatis brachijs rustic⁹ ãtecedẽs duxit ad sci viri monasteriũ: eũqȝ ante igressum celle solũ sedentẽ reppit ⁊ legẽtem. Eidez aũt subsequẽti ⁊ seuiẽti zalle rustic⁹ dixit. Ecce iste est de q̊ dixerã benedict⁹ pat. Quẽ cũ feruido spũ cũ puerse mẽtis isania suisset intuit⁹: eo terrore q̊ cõsueuerat acturũ se existimãs: magnis cepit vocib⁹ clamare dicẽs. Surge surge ⁊ res isti⁹ rustici quas accepisti redde. Ad cui⁹ vocẽ vir dei ptin⁹ oculos leuauit a lectione: eumqȝ intuitus: mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cui⁹ brachia duz oculos deflexisset: miro modo tanta se celeritate ceperũt ligata brachijs lora deuoluere: vt dissolutaz concite nulla hominũ festinatione potuissent. Cũqȝ is qui

ligatus venerat cepiſſet ſtare ſolu-
tus: ad tāte poteſtatis viʒ tremebū
dus de cella ad terraʒ coꝛruit: ⁊ cer
uicem crudelitatꝭ rigide ad eiꝰ veſti
gia inclinans oꝛationibus ſe illius
cōmendauit. Uir autē ſanctus ale-
ctiōe minime ſurrexit. Sʒ vocatis
fratribus eum introꝛſuʒ tolli: vt be
nedictionē acciperet pꝛecepit. Quē
ad ſe reductū: vt a tāte crudelitatis
inſania quieſcere deberet admonu
it. Qui fractus recedens nihil vlte-
rius petere a ruſtico pꝛeſumpſit:
quem vir dei non tangendo ſed re-
ſpiciendo ſoluerat. Ecce eſt petre
quod dixi: quia hi qui omnipotēti
deo familiariꝰ fuiūt: aliquādo mi
ra facere etiaʒ ex poteſtate poſſunt.
Qui enim ferocitatem gothi terri-
bilis ſedēs pꝛeſſit loꝛa vero nodoſ-
ꝗʒ ligature que innocētis bꝛachia
ſtrinxerunt ante oculos diſſoluit:
ipſa miraculi celeritate idicat: quia
ex poteſtate accepat habere qđ fe-
cit. Rurſum quale quātumqʒ mi-
raculum oꝛādo valuit obtinere ſub
iungam.

De moꝛtuo pue-
ro reſuſcitato. Cap. xxxij.

QUadam die vir dei cum fra-
tribus ad agri opera fuerat
egreſſus: quidaʒ vero ruſticus de-
functi filij coꝛpus in vlnis ferens:
oꝛbitatis luctu eſtuans ad monaſte
rium venit: benedictum patrē que-
ſiuit. Cui cum dictum eſſet: qꝛ iſdē
pater cuʒ fratribus in agro moꝛa-
retur: ꝓtinꝰ āte monaſterij ianuā
coꝛpus extincti filij pꝛoiecit: ⁊ do-
loꝛe turbatus ad inueniendū vene-
rabilem patrem ſeſe cōcitus in cur-
ſum dedit. Eadē vero hoꝛa vir dei
ab agri opere iam cū fratribus re-
uertebatur. Queʒ mox vt oꝛbatus
ruſticus aſpexit: clamare cepit red
de filium meum: redde filium meū
Uir auteʒ dei in hac voce ſubſiſtit
dicens. Nunquid ego filium tuum
abſtuli? Cui ille reſpondit. Moꝛ-
tuus eſt: veni reſuſcita eum. Quod
mox vt dei famulus audiuit valde
contriſtatus eſt dicens. Recedite
recedite: hec noſtra non ſunt: ſed
ſanctoꝛuʒ apoſtoloꝛum ſunt: quid
nobis onera vultis imponere que
non poſſumus poꝛtare? At ille quē
nimius cogebat doloꝛ in ſua peti-
tione perſtitit: iurans ꝙ non rece-
deret niſi eiꝰ filiū reſuſcitaret. Quē
mox dei famulus inquiſiuit dicens
Ubi eſt? Cui ille reſpondit. Ecce
coꝛpus eius ad ianuaʒ monaſterij
iacet. Ubi dum vir dei cū fratribꝰ
perueniſſet: flexit genua: ſuper coꝛ
puſculum infantis incubuit: ſeſeqʒ
erigens ad celum palmas tetendit
dicens. Dñe nō aſpicias pctā mea:
ſed fidē huius hominis qui rogat
reſuſcitari filium ſuum: ⁊ redde in
hoc coꝛpuſculo animā quā tuliſti.
Uix in oꝛatiōe verba compleuerat
⁊ regrediente anima ita coꝛpuſcu-
luʒ pueri omne contremuit: vt ſub
oculis omnium qui aderant appa-
reret cōcuſſione mirifica tremēdo

palpitasse. Cuius mox manum te-nuit: et eum patri viuentem atqz in-columem dedit. Liquet petre quia hoc miraculum in potestate non habuit: quod prostratus petijt vt exhiberi potuisset. Petrus.

SI cuncta esse vt asseris constat: patent: quia verba que proposueras rebus probas. Sed queso te indices si sancti viri omnia que volunt possint et cuncta impetrant que desiderant obtinere. Gregorius.

QUisnam erit petre in hac vita sublimior paulo: qui de carnis sue stimulo ter dominum rogauit: et tamen quod voluit obtinere non valuit. Ex qua re necesse est: vt tibi de venerabili patre benedicto narrem quia fuit quoddam quod voluit: sed non valuit implere. De miraculo scolastice sororis eius. Cap. xxxiij.

SOror namqz eius scolastica nomine omnipotenti domino ab ipso infantie tempore dicata: ad eum per annum semel venire consueuerat: ad quam vir dei non longe extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam vero die venit ex more: atqz ad eam cum discipulis venerabilis descendit frater. Qui totum diem in dei laudibus sacrisqz colloquijs ducentes incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumqz adhuc ad mensam sederent: et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret: eadem sanctimonialis femina soror eius eum rogauit dicens. Queso te ne me ista nocte deseras: vt vsqz mane aliquid de celestis vite gaudijs loquamur. Cui ille respondit: quid est quod loqueris soror? manere extra cellam nullatenus possum. Tanta tunc vero erat celi serenitas vt nulla in aera nubes appareret. Sanctimonialis autem femina cum verba fratris negantis audisset: insertas digitis manus super mensam posuit: et caput suum in manibus omnipotentem dominum rogatura declinauit. Cumqz leuaret de mensa caput tanta coruscationis et tonitrui virtus: tantaqz inundatio pluuie erupit: vt neqz venerabilis benedictus: neqz fratres qui cum eo aderant extra loci limen quo consederant: pedem mouere potuissent. Sanctimonialis autem femina caput in manibus declinans: lachrymarum fluuios in mensam fuderat: per quos serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est. Sed tanta fuit conuenientia orationis et inundationis vt de mensa caput iam cum tonitruo leuaret: quatenus vnum idemqz esset momentum: et leuare caput et pluuiam deponere. Tunc vir dei inter coruscos et tonitruos atqz ingentis pluuie inundationem: videns se ad monasterium non posse remeare: cepit conqueri contristatus dicens. Parcat tibi omnipotens deus soror: quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te rogaui: et audire me noluisti: ro-

gaui dominuȝ meum: ⁊ exaudiuit
me. Modo ergo si potes egredere
⁊ me dimissa ad monasteriuȝ redi.
Ipse autẽ exire extra tectum nõ va
lens: qui manere spõte noluit in lo-
co mansit inuitus. Sicqȝ factum
est vt totam noctem ꝓuigilem du-
cerẽt: atqȝ per sacra spiritualia sese
vicaria relatione satiarẽt. Qua de
re dixi eum voluisse aliquid: sed mi
nime potuisse. Quia si venerabilis
viri mentẽ cõspicimus: dubiũ nõ
est ꝙ eandem serenitatẽ voluerit in
qua descenderat permanere. Sed
contra hoc qꝺ voluit in virtute oi-
potẽtis dei ex femineo pectore mi-
raculũ inueniat. Nec mirũ ꝙ plus
illo femina que diu fratrem videre
cupiebat: in eodeȝ tempore valuit.
Quia ergo iuxta iohãnis vocẽ deꝰ
charitas ẽ: iusto valde iudicio illa
plus potuit: q̃ ãpliꝰ amauit. Petrꝰ.

Ateor: multuȝ placet qꝺ di-
cis. Beã aĩa sororis eius visa
q̃liter a corꝑe sit egressa. Ca. xxxiiij

Umqȝ die altero Gregoriꝰ.
eadeȝ venerabilis femina ad
cellã propriaȝ reuertisset: vir dei ad
monasteriũ rediJt. Cũ ecce post tri
duum in cella consistens: eleuatis
in aera oculis vidit eiusdem soro-
ris sue aĩam de eius corpore egres-
sam: in colũbe specie celi secreta pe-
netrare. Qui tante eius glorie con-
gaudens: omnipotenti domino in
hymnis ⁊ laudibus grãs reddidit
eiusqȝ obitum fratribus denuncia-
uit. Quos etiam ꝓtinꝰ misit vt eiꝰ
corpus ad monasteriuȝ deferrent
atqȝ in sepulcro qꝺ sibi preparaue
rat ponerẽt. Quo facto contigit vt
quorum mens vna semper in deo
fuerat: eorum quoqȝ corpora nec
sepultura separaret.

De mũdo apud eius oculos col-
lecto: ⁊ anima germani capuane ci
uitatis episcopo. Cap. xxxv.

Lio quoqȝ tempore seruan-
dus diaconꝰ atqȝ abbas eiꝰ
monasteriJ qꝺ i cãpanie partibꝰ a
liberio quondã patricio fuerat cõ-
structuȝ: ad eũ visitationis gratia
ex more cõuenerat. Eius quippe mo
nasterium frequẽtabat. Ut quia is-
dem quoqȝ vir doctrina gratie ce-
lestis influebat: dulcia sibi inuicem
verba vite transfunderent: ⁊ suauẽ
cibuȝ celestis patrie q̃ adhuc ꝑfe-
cte gaudẽdo nõ poterãt: saltẽ suspi
rẽdo gustarẽt. Cũ vero iã hora q̇-
etis exigeret: turris erat i loco eo-
dẽ cõstituta: q̃ sup totius celle habi
taculũ emiebat. In cuiꝰ turris supi
oribus se seruãdus diaconus collo
cauit. Quo videlȝ in loco inferiora
supioribus ꝑuius cõtinuabat ascẽ
sus. Ante xp̄o eandeȝ turrẽ largius
erat habitaculũ in q̊ virtusqȝ disci-
puli quiescebãt. Cumqȝ vir domi-
ni benedictus: adhuc quiescentibꝰ
fratribus instãs vigiliJs nocturne
orationis tempore preuenisset: ad
fenestram stans ⁊ omnipotentem
dñm deprecãs: subito in tempesta

noctis hora respiciens: vidit fusaz lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse: tantoqz splendore clarescere: vt diem vinceret lux illa que in tenebris radiasset. Mira autem res valde in hac speculatiõe secuta est: quia sicut ipse postea narrauit omnis etiã mũdus velut sub vno solis radio collectus: ante oculos eius adductus est. Qui venerabilis pater dũ intentã oculorũ aciẽ in hoc splendore corusce lucis infigeret: vidit germani capuani episcopi animam in spera ignea ab angelis in celum deferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi: seruandũ diaconẽ iterato bis terqz eius nomine cũ clamoris magnitudine vocauit. Cũqz ille fuisset insolito tanti viri turbatus clamore ascendit: respexit: partemqz iam lucis exiguam vidit. Cui tantũ obstupescẽti miraculũ vir dei per ordinem que fuerant gesta narrauit. Statiqz in cassinũ castrũ religioso viro theoprobo mãdauit: vt ad capuã vrbem sub eadẽ nocte trãsmitteret: et quid de germano episcopo ageretur agnosceret: et idicaret. Factumqz est: et reuerentissimũ virum germanum episcopum is qui missus fuerat iam defunctũ reppe rit: et requirens subtiliter agnouit eodem momẽto fuisse illius obitũ: quo vir domini ei⁹ agnouit ascẽsũ.

Mira res valde: et Petrus. vehemẽter stupẽda; sed hoc qd dictum est ꝙ ante oculos ipsius quasi sub vno solis radio collectus omnis mũdus adductus est: sicut nusꝙ expertus sum: ita nec cõicere scio q̃nã ordine fieri potest vt mũdus omnis ab homĩe vno videat.

Arum tene petre Gregori⁹. qd loquor quia anime vidẽti creatorẽ: angusta est omnis creatura. Quãlibet enim parũ de luce creatoris aspexerit: breue erit oẽ qd creatum est: quia in ipsa luce visionis intime mẽtis laxatur sinus: tãtumqz expãditur in deo: vt superior existat mundo. Fit vero ipsa videntis anima: etiam sup semetipsam. Cumqz in dei lumĩe rapitur: super se in interioribus ampliatur. Et duz se conspicit exaltata: cõprehendit ꝙ breue sit: quod comprehẽdere humiliata nõ poterat. Uir ergo qui intueri globũ igneum: angelos quoqz ad celum redeũtes videbat: hec ꝓculdubio cernere nõ nisi in dei lumĩe poterat. Quid ita qz mirũ si mũdũ ante collectũ vidit: qui subleuat⁹ in mẽtis lumine extra mundum fuit. Qd autem collectus mundus ante eius oculos dicitur: nõ celũ et terra contracta est; sed videntis animus dilatat⁹: qui in deo rapt⁹ videre sine difficultate potuit omne qd infra deũ est. In illa ergo luce q̃ exterioribꝰ oculis fulsit: lux interior in mente fuit: que videntis aĩuz qz ad supiora rapuit: ei ꝙ angusta essent oĩa iferiora mõstrauit.

VIdelicet mihi vtiliter Petrus.
non intellexisse que dixeras:
qñ ex tarditate mea tantũ creuit ex
positio tua. Sed quia hec liquide
meis sensib⁹ infudisti: queso vt ad
narrationis ordinem redeas.

Qr regulam monachorum cõ
scripserit. Cap. xxxvi. Grego.

LIbet petre adhuc de venera
bili patre adhuc multa nar
rare: sed quedã eius studiose pre
tereo: quia ad alioꝝ gesta euoluen
da festino. Hoc autem nolo te late
at: quod vir dei per inter tot mira
cula qbus in mũdo claruit: doctri
ne verbo quoqȝ nõ mediocriter ful
sit. Nam scripsit monachoꝝ regu
lam discretione precipuã: sermone
luculentã. Cuius si quis velit subti
lius mores vitãqȝ cognoscere: po
test in eadẽ institutione regule: oẽs
magisterij illi⁹ act⁹ inuenire. Quia
sanctus vir nullo modo potuit ali
ter docere ꝙ vixit.

De pphetia sui exitus fratrib⁹
denunciata. Cap. xxxvij.

EOdẽ vero anno quo de hac vi
ta erat exiturus: quibusdã di
scipulis secum cõuersantibus: qui
busdam longe manẽtibus: sanctis
simi sui obitus denũciauit diẽ. Pre
sentibus indicens vt audita p silen
tium tegerẽt. Absentibus indicens
quod vel quale signũ eis fieret: qñ
eius anima de corpore exiret. Ante
sextum vero sui exitus diez: aperiri
sibi sepulturaz iubet. Qui mox cor
reptus febribus acriter cepit ardo
re fatigari. Cumqȝ p dies singulos
lãguor ingrauesceret: sexto die por
tari se in oratoriũ a discipulis fecit:
ibiqȝ exitum suum dominici corpo
ris ⁊ sanguinis pceptiõe muniuit:
atqȝ inter discipuloꝝ manus imbe
cilia membra sustentãs: erectis in
celum manibus stetit: ⁊ vltimũ spi
ritũ inter verba oratiõis efflauit.
Qua scilicet die duobus eiusdẽ fra
tribus vni in cella cõmoranti: alteri
autem lõgius posito reuelatio vni⁹
atqȝ indissimilis visiõis apparuit.
Viderunt nãqȝ: quia strata pallijs
atqȝ innumeris corrusca lampadi
bus via: recto orientis tramite ab
eius cella in celuz vsqȝ tendebatur.
Cui venerãdo habitu vir desuper
clarus assistens: cuius esset via quã
cernerẽt inquisiuit: illi autẽ se nesci
re pfessi sunt. Quibus ipe ait. Hec
est via qua dilectus domino bene
dictus celũ ascẽdit. Tunc itaqȝ san
cti viri obitum sicut presentes disci
puli viderũt: ita absentes ex signo
quod eis predictuz fuerat agnoue
uerunt. Sepultus vero est in ora
torio beati baptiste iohãnis qđ de
structa ara apollinis ipse cõstruxit.

De insana muliere p eius specũ
sanata. Cap. xxxviij.

QUi ⁊ in eo specu in quo prius
sublacus habitauit: nũc vsqȝ
si petẽtium fides exigat miraculis
coruscat. Nuper nãqȝ est res gesta
quã narro: qr quedaz mulier mẽte

capta dum sensum funditus pdidis
set: per mōtes ⁊ valles: siluas ⁊ cā
pos die noctuqȝ vagabatur: ibiqȝ
tantūmodo quiescebat: vbi hāc qe
scere lassitudo coegisset. Quadā ve
ro die dum nimiū erraret: ad beati
benedicti patris specū deuenit: ibi
qȝ nesciens ingressa mansit. Facto
autem mane: ita sanato sensu egres
sa est acsi eaȝ nunq̄ insania capitis
vlla tenuisset. Que omni vite sue tē
pore: in eadēȝ quā acceperat salute
permansit. Petrus.

Quidnam esse dicimus: q̄ ple
rumqȝ in ipsis quoqȝ patro
cinijs martyrū sic esse sentimus: vt
non tanta p sua corpora quāta be
neficia per reliquias ostendūt atqȝ
illi maiora signa faciāt: vbi minime
p semetipsos iacent? Gregorius.

Ubi in suis corporibus sancti
martyres iacent dubiū petre
non est: q̄ habeant signa monstra
re sicut ⁊ faciūt: ⁊ pura mente que
rentibus innumera miracula osten
dunt. Sed quia ab infirmis potest
mētibus dubitari: vtrū ne ad exau
diendum ibi presentes sint: vbi cō
stat quia in suis corporibus nō sint
ibi eos necesse est maiora signa ostē
dere: vbi de eorum presentia potest
mens infirma dubitare. Quorum
vero mens in deo fixa est: tanto ma
gis habet fidei meritum: quanto ⁊
illic eos nouit ⁊ nō iacere corpore:
⁊ tamen nō deesse ab exauditione.
Unde ipsa quoqȝ veritas vt fidem
discipulis augeret dixit: Si nō abie
ro paraclitus nō veniet ad vos. Cū
enim constet: quia paraclitus spūs
ex patre semp procedat ⁊ filio: cur
se filius recessurū dixit: vt ille veni
at q̄ a filio nunq̄ recedit? Sed qꝛ
discipli in carne dominū cernētes
corporeis hunc semp oculis videre
sequebant: recte eis dicit: nisi ego
abiero paraclitus non veniet. Acsi
aperte diceretur: Si corpus nō sub
traho q̄ sit amor spiritus nō osten
do. Et nisi me desieritis corporali
ter cernere: nunq̄ me discetis spi
ritualiter amare. Petrus.

Placet qđ dicis. Gregorius.

Liquātum iam ex locutione
cessandum est: vt si ad aliorū mira
cula enarrāda tendimus: loquen
di vires interim per silentiū repa
remus.

Explicit liber Secūdus.

Incipit liber Tertius.

CUm vicinis val-
de partibus intē-
dendo maiorum
facta reliqueram:
ita vt paulini mi-
raculū nolane vr-
bis epī: qui multos quorū memini
virtute ⁊ tempore ꝑcessit: memorie
defuisse videat̄: sꝫ ad ꝓpria nūc re
deo: eaqꝫ quāta valeo breuitate ꝑ-
stringo. Sicut eni bonoꝝ facta in
notescere citius similibus solēt: se-
nioribus nostris ꝑ iustoꝝ exempla
gradiētibus: predicti venerabilis
viri celebre nomen innotuit: eiusqꝫ
opus admirabile ad eorū se instru
enda tetendit studia. Quorum me
necesse fuit grandeuitati tam certo
credere: acsi ea que dicerent meis
oculis vidissem.

De vita sancti paulini nolane vr
bis episcopi: aliorumqꝫ sanctorum
patrum. Cap. i.

CUm seuiētium vuādalorū tē
pore fuisset italia ī campanie
partib⁹ depopulata: multiqꝫ essent
ex hac terra in africana regiōe trāſ
ducti: vir domini paulinus cūcta q̄
ad epiū suū habere potuit: captiuis
indigētibusqꝫ largitus est. Cūqꝫ iā
nihil omnimodo supesset: qđ petēti
bus dari potuisset: die quadā q̄dam
vidua aduenit: q̄ a regis vuādalo-
rum genero: suū filiū in captiuitate
ductū fuisse ꝑhibuit: atqꝫ viro dei
preciū postulauit: si forte illius dn̄s
hoc dignaret̄ accipe: ⁊ hūc cōcede
re ad ꝓpria remeare. Sed vir dei
magnopere petēti femine quid da-
re potuisset inquirēs: nihil apud se
aliud nisi se inuenit: petentiqꝫ femi-
ne respōdit dicēs. Mulier qđ tibi
possim dare nō habeo: sed memet-
Si seruus dei es: nō te teneat ca-
thena ferri: s3 cathena christi. Ad
cuius vocem martinus ꝓtinus eā-
dem compedem soluit: sed nunq̄
postmodum solutum tetēdit pede3
vltra locum: quo hūc tendere liga-
tum consueuerat. Atq3 in tanto se
spacio sine cathena: in quāto ⁊ an-
te ligatus mansit. Qui dum se post
modum in eiusdem loci specu con-
clusisset: cepit etiam discipulos ha-
bere. Qui ab ei⁹ specu seorsum ha
bitantes ad vsum vite aquā de pu
teo haurire consueuerant: sed fu-
nis in quo ad hauriēdam aquam
situla dependebat: crebro rumpe-
batur. Unde factum est: vt eādem
cathenam quā ex pede suo vir do-
mini soluerat ei⁹ discipuli peterēt

eamqꝫ funi adiūgerent: atqꝫ in illā situlam ligarēt. Ex quo iam tempore cōtingit vt ideꝫ funis ⁊ quotidie tingeretur aqua: ⁊ nullo modo rūperetur. Quia enim cathenaꝫ viri dei funis ille ꝯtingit: ipse quoqꝫ ad tolerandā aquaꝫ ferri in se fortitudinem traxit. Petrus.

Acta hec placēt quia mira: ⁊ multum quia recentia.

De monacho ex monte argētario qui mortuū suscitauit. Ca. xvij.

Nostris modo tē- Gregori⁹. poribus quidaꝫ quadragesimus noīe buxētine ecclesie subdiaconus fuit: qui ouium suarū gregē pascere in eisdem aurelie partibus solebat: cui⁹ valde veracis viri narratiōe res mira innotuit: que secreto fuerat gesta. Is nanqꝫ vt prediximus duꝫ gregis sui in aurelia curam gereret: in diebus eiusdeꝫ vir fuit e mōte qui argētarius vocatur venerabilis vite: qui habitū monachi queꝫ ptēdebat specie: moribus explebat. Hic itaqꝫ ad ecclesiā beati petri apostoloꝝ principis: ab eodē monte argētario annis singulis venire cōsueuerat: atqꝫ ad hūc quem pdixi quadragesimū subdiaconē: sicut ipse narrabat: hospitalitatis gratia declinabat. Quadaꝫ vero die dum eius hospitiū qđ nō longe ab ecclesia intrasset: cuiusdā paupcule mulieris maritus iuxta defunctus est. Quē ex more lotū: vestimentis indutū ⁊ sabano constrictū: superueniente vespe sepelire nequiuerunt. Iuxta defūcti igit̄ corpus viduata mulier sedit: que in magnis fletib⁹ noctē ducēs: ꝯtinuis lamentoꝝ vocibus satisfaciebat dolori. Cūqꝫ h̄ diutius fieret: ⁊ flere mulier nullo mō cessaret: vir dei q recept⁹ hospitio fuerat: quadragesimo subdiacono cōpunctus ait. Dolori hui⁹ mulieris aīa mea cōpatitur: rogo surge adorem⁹. Perrexere igit̄ vtriqꝫ ad vicinā ecclesiā: seseqꝫ in orōnem dederūt. Cūqꝫ diuti⁹ orassent: cōplere orōneꝫ quadragesimū sbdiaconū suus dei petijt. Qua cōpleta ab altari crepidine puluerē collegit atqꝫ cū eodē qdragesimo ad defūcti corp⁹ accessit: seseqꝫ ibidē in orationē dedit. Cūqꝫ diutius orasset: iam non sicut prius fecerat: cōpleri orationē p subdiaconeꝫ voluit: sed ipse benedictionē dedit: statiqꝫ surrexit. Et qr dextra manu collectuꝫ puluerē gestabat: sinistra palliuꝫ q̄ facies defūcti velabat̄ abstulit. Qđ cū mulier fieri cerneret ꝯtradicere vehemēter cepit: ⁊ mirari qđ vellet facere. Ablato itaqꝫ pallio: diu eo quem collegerat puluere defuncti faciem fricauit. Qui cum diutius fricaretur recepit animam: oscitauit: oculos apuit: seqꝫ eleuās resedit. Quid erga se ageret̄ mutatus est: acsi de graui sōno fuisset excitatus. Qđ duꝫ mulier lamētis fatigata cōspiceret: cepit ex gaudio magis flere: ⁊ vocem amplius edere.

Quā vir dei modesta ꝓhibitione compescuit dicēs. Tace: tace. Sed si quis vos requisierit qualiter factū sit: hoc solūmodo dicite: q2 dominus iesus christus opera sua fecit. Dixit hoc: atq3 ab eius hospitio exijt: quadragesimū subdiaconē3 ꝓtinus reliquit: et in loco eodē vltra nō apparuit. Temporalē nāq3 honorem fugiens: egit vt ab his a q̄bus visus in tanta fuerat virtute: nunq̄ in hac vita videretur.

Quid alij sentiant Petrus.

Quid alij sentiant ignoro: ego autē cunctis miraculis hoc potius existimo esse miraculū: q̄ ad vitā mortui redeunt: eorumq3 anime ad carnē ex occulto reuocantur. Gregorius.

Si visibilia attēdimus: ita necesse est vt credamus. Si vere inuisibilia pensamus: nimirum cōstat quia maius est miraculū predicationis verbo atq3 orationis solatio peccatorē3 cōuertere: q̄ carne mortuum suscitare. In isto etenim resuscitatur caro iterum moritura: In illo vero anima iteru3 victura. Cū enim propono duos in quo horum existimas maiori factū virtute miraculū? Lazarum quippe quem iam fidelem fuisse credimus carne domin⁹: saulū vero suscitauit in mēte. Et quidē post resurrectionē carnis de lazari virtutibus tacet. Nā post resurrectionem anime capere nostra infirmitas non valet: quanta in sacro eloquio de pauli virtutibus dicuntur: q̄ ille crudelissime ei⁹ cogitationes ad pietatis mollia cōuerse sunt viscera. Qui mori cupit pro fratribus in quorū prius morte gaudebat. Qui plenus omni scripture sciētia nihil se scire iudicat nisi christū iesum: et hunc crucifixu3. Qui ꝓ christo virgis libenter ceditur: quē gladijs inseq̄batur. Qui apostolat⁹ honore sublimis est: sed tamen spōte fit paruulus in medio discipulorū. Qui ad celi tertij secreta ducitur: et tamē mētis oculum ꝑ compassionē3 reflectit ad disponēdum cubile coniugatorum dicens: Uxori vir debitū reddat: similiter et vxor viro. Qui admiscetur in cōtemplatione cetibus angeloru3: et tamē non aspernatur cogitare atq3 disponere facta carnaliu3. Qui gaudet in infirmitatibus sibiq3 in contumelijs placet. Cui viuere christus est: et mori lucrū. Quod totū iam extra carnē3 est. Hoc ipsum q̄ viuit in carne. Pete qualiter viuit q̄ ab inferno mētis ad vita3 pietatis redijt. Minus ergo est quēpia3 in carne suscitari: nisi forte cū per viuificationē carnis ad vita3 reducitur mētis: vt ei agatur ꝑ exterius miraculum: quatenus conuersus interi⁹ viuificetur. Petrus.

Ualde īfra credidi hoc quod modo q̄ sit incomparabiliter superi⁹ agnoui. Sed queso cepta ꝓsequere: vt du3 tēpus vacat sine edificatione hora non transeat.

De bn̄dicto mōacho. Cap̄.xviij.

FRater quidā me⸗ Grego. cum est in monasterio cōuersatus in scriptura sacra studiosissimus: qui me etate p̄ibat: ⁊ ex multis que nesciebā me edificare cōsuenerat. Huius itaq; narratione didici: q̄ fuit quidā in campanie ptibus intra quadragesimum romane vrbis miliarium nomine benedict⁹: ⁊ quidē etate iuuenis: sed moribus grādeuus: ⁊ in sancte cōuersatiōis regula se fortiter stringēs. Quē totille regis tēpore cum gothi repe⸗rissent: hunc incēdere cum sua cella moliti sunt. Ignē nāq; apposuerūt sed in circūitu arserūt oīa: cella vero eius igne cōburi nō potuit. Qd vidētes gothi magis magisq; seuientes: atq; hunc ex suo habitaculo trahentes: nō longe aspexerūt succensum clibanū: qui coquēdis panibus parabatur: eūq; in illo proiecerūt: clibanūq; clauserūt. Sed die altero ita illesus inuētus est: vt nō solū eius caro ab ignibus: sed neq; extrema vllo modo vestimenta cremarentur. Petrus.

ANtiquū triū pueroꝝ miraculū in daniele audio: qui proiecti in ignibus lesi nō sunt. Gregorius.

ILlud vt opinor miraculum ex pte aliq̄ dissimiliter gestū est. Tūc quippe tres pueri ligatis pedibus ac manibus in ignē proiecti sunt: quos die altero rex requirēs: in camino illesis vestibus deambulantes repperit. Ex qua re colligit quia ignis in quo iactati fuerāt: q̄ eorū vestimēta nō contigit: eorum vincula cōsumpsit. Ut vno codēq; tēpore in obsequio iustoꝝ: ⁊ haberet flamma virtutē suam ad solatiū ⁊ nō haberet ad tormentum.

De ecclesia beati çenonis in veronensi ciuitate. Cap̄.xix.

HUic tam antiquo miraculo diēb⁹ nostris res similis e cōtrario euenit elemento. Nam nup iohānes tribunus relatiōe sua me docuit: q̄ brunulfus comes cū illic adesset cum rege antharich. Eo tēpore se in loco eodē vbi mira res cōtigit affuisse: eamq; se cognouisse testatus est. Predict⁹ eteni tribun⁹ narrauit dicens: quia ante hic fere quīquēniū quādo apud hanc vrbē alueum suū tyberis egressus est: tā tūq; crescens vt eius vnda sup muros vrbis influeret: atq; in eas maximas regiōes occuparet: apud veronēsem vrbem fluuius athesis excrescēs: ad beati çenonis martyris atq; pōtificis ecclesiā venit. Cuius ecclesie dum essent ianue apte: aqua in eam minime intrauit. Que paulisper accrescens vsq; ad fenestras ecclesie que erāt tectis proxime p̄uenit. Sicq; stans aqua ecclesie ianuas clausit: ac si illud elementū liquidū in soliditatē parietū fuisset i̅mutatum. Cumq; essent multi interius inuenti: sed aquarū magnitudine ecclesia omni circundata qua

possent egredi non haberet: ibiqz siti se ac fame deficere formidaret: ad ecclesie ianuā veniebāt: ad bibēdum hauriebāt aquā. Que vt p̄dixi vsqz ad fenestras excreuerat: tamen intra ecclesiaz nullo modo defluebat: hauriri itaqz vt aqua poterat: sed defluere aqua non poterat. Stans autē ante ianuaz ad ostendendum meritum matris: ꝛ aqua erat adiutoriuz: ꝛ quasi aqua non erat ad inuadendū locuz. Qd ego antiq̄ antedicto ignis miraculo vere p̄dixi nō fuisse dissimile: qui triū puerorū ꝛ vestimenta non contigit ꝛ vincula incendit. Petrus.

Mira sunt valde sanctorū facta que narras: ꝛ presenti īfirmitati hoīuz vehemēter stupēda. Sz quia tantos nuper fuisse in italia audio āmirande virtutis viros: nosse velim si nullas eos contigit antiqui hostis insidias pertulisse: an insidijs profecisse? Gregorius.

Sine labore certaminis nō est palma victorie. Unde ergo victores sunt: nisi ꝯtra ātiq̄ hostis insidias decertauerūt? Malignus quippe spiritus cogitationi atqz locutiōi: operiqz nostro semp īsistit: si fortasse q̄d īueīat vnde apud eterna mē eterni iudicis accusator existat.

De stephano presbytero prouincie valerie. Cap. xx.

Uis eni nosse quomodo ad decipiendū semper existat. Quidam qui nūc nobiscū sunt rem quā narro nouerūt: atqz testātur q̄ vir vite venerabilis stephan⁹ nomine valerie prouīcie presbyter fuit: hui⁹ nostri bonifacij diaconi atqz dispēsator ecclesie in agnitiōe ꝓximus: qui quadam die de itinere domuz regressus mancipio suo negligenter loquens precepit dicens. Ueni diabole: discalcia me. Ad cuius voc em mox ceperunt se caligarum corrigie summa velocitate dissoluere: vt aperte constaret q̄ ei ipse, qui nominatus fuerat: ad extrahendas caligas diabolus obedisset. Quod mox vt presbyter vidit vehemēter expauit: magnis vocib⁹ clamare cepit dicēs. Recede mis: recede: nō eniz tibi: sed mācipio meo locutus sum. Ad cuius vocē protinus recessit: ꝛ ita vt inuēte sunt magna iam ex parte dissolute corrigie remāserūt. Qua in re colligi potest antiquus hostis qui tam presto est factis corporalib⁹: q̄ minijs insidijs nostris cogitationibus insistat. Petrus.

Laboriosum valde atqz terribile est cōtra inimici insidias semper intēdere: ꝛ cōtinue quasi in acie stare. Gregorius.

Laboriosum non erit: si custodiam nostram nō nobis: sed gratie superne tribuamus. Ita tamen vt ipsi quantū possumus sub protectione dei vigilemus. Si aūt ātiqu⁹ hostis mēte ceperit expelli: ex diuīa largitate plerūqz agitur: vt non solum iam timeri non debe

at: sed ipse etiam bene viuentium vir tute terreatur. De puella cōuersa: cuius imperio solo homo est a demonio liberatus. Cap. xxi.

Rei namque quam narro vir sctissimus eleutherius senex pater cuius superius memoriam feci testis extitit: mihique hec intimare curauit: quod in spoletana vrbe puella quedam nobilis cuiusdam primarij celestis vite desiderio exarsit: eique pater resistere ad viam vite conatus est: sed illa contempto patre conuersationis habitum suscepit. Qua ex re factum est vt eam pater suus sue substantie ex heredem faceret: nihilque aliud nisi sex vncias vnius possessiuncule largiretur. Eius vero exemplo prouocate ceperunt multe apud eam nobilioris generis puelle conuerti: atque omnipotenti domino dicata virginitate seruire. Quadam vero die idem eleutherius abbas vir vite venerabilis ad eandem gratiam exhortationis atque edificationis accesserat: et cum eadem verba dei colloquens sedebat. Cum repente ex eodem fundo quem in sex vncijs a patre perceperat: cum exenio rusticus venit. Qui dum ante eos assisteret: maligno spiritu correptus cecidit. Fatigarique nimis stridoribus atque ballatibus cepit. Tunc sanctimonialis surrexit: atque irato vultu magnis clamoribus impauit dicens. Exi ab eo miser: exi ab eo miser. Ad cuius vocem mox per os vexati diabolus respondit dicens. Et si de isto exeo in quem intrabo? Casu autem iuxta porcus paruulus pascebatur. Tunc sanctimonialis femina precepit dicens. Exi ab eo: et in hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exijt: porcum quem iussus fuerat introiuit: occidit et recessit. Petrus.

Uelim nosse si saltem porcum concedere spiritui immundo debuisset?

Propositi regule Gregorius. nostre actiones sunt facta veritatis. Ipsi etenim redemptori nostro: a legione que hominem tenebat dictum est. Si eicis nos: mitte nos in gregem porcorum. Qui hanc et ab homine expulit: et in porcos ire: eosque in abyssum mittere concessit. Ex qua re etiam colligitur quod absque concessione omnipotentis dei nullam malignus spiritus contra hominem potestatem habeat: qui in porcos intrare non potuit nisi permissus. Illi ergo nos necesse est sponte subdi: cui et aduersa omnia subijciuntur inuita. Ut tanto nostris hostibus potentiores simus: quanto cum auctore omnium vnum efficimur per humilitatem. Quid autem mirum: si electi quique in carne positi multa facere mirabiliter possunt: quorum ipsa quoque ossa mortua plerumque in multis miraculis viuunt? De presbytero prouincie valerie: qui furem ad sepulchrum suum tenuit. Cap. xxij.

In valerie namque prouincia res est gesta quam narro: mihique bone memorie abbatis mei valentionis

relatione cognita. Ibi etenim quidã venerabilis sacerdos erat: q cũ clericis suis in dei laudib⁹ boni[s]q opibus intẽtus: sancte cõuersatiõis vitam ducebat. Superueniẽte aũt vocationis sue die defunctus est: atq ante ecclesiam sepultus. Eidẽ vero ecclesie caule inherebant ouium: atq idẽ locus in quo sepult⁹ ẽ: ad easdẽ oues tẽdẽtibus puius erat. Quadã aũt nocte cũ clericis inter ecclesiam psallentibus fur venisset: ⁊ ingressus caulas furtum faceret: berbicem tulit: ⁊ cõcitus exijt. Cũ vero puenisset ad locũ vbi vir dñi sepultus erat repẽte inhesit: ⁊ gressum mouere non potuit. Berbicem quidẽ de collo deposuit: eumq dimittere voluit: sed laxare minime valuit. Cepit igitur stare miser: cũ preda sua reus ⁊ ligatus. Volebat berbicẽ dimittere: nec valebat. Volebat egredi cum berbice non poterat. Miro itaq modo fur quia viuus videri timuerat: hũc mortuus tenebat. Cumq ita gressus manusq illius fuissent obstricta: immobilis perstitit. Facto autem mane expletisq laudib⁹ dĩ: ab ecclesia egressi sunt clerici: ⁊ inuenerunt ignotũ hominẽ berbicem tenentẽ manu. Res venit in dubium: vtrũ berbicẽ tolleret an offerret. Sed culpe reus citius indicauit penã. Mirati omẽs: q⁊ ingressus fur viri dei merito ad predã suam stabat ligatus. Qui se p eo ptinus in orõnem dederũt: suisq precibus vix obtinere valuerũt: vt q res eorũ venerat rapere: saltẽ vacuus exire mereretur. Itaq fur q diu steterat cũ pda captiuus: qñq exijt vacuus ⁊ liber.

Apparet quãte sit sup Petr⁹. nos dulcedinis omnipotens deus: cuius erga nos fiũt tam iocũda miracula.

De abbate preneſtini monasterij eiusq pſbytero. Cap. xxiij. Gregorius.

Preneſtine vrbi mõs peminet: in quo bti petri apostoli monasteriũ situ ẽ virorũ dei: quorũ relatiõe adhuc i monasterio positũ audisse me contigit magnũ hoc qd narro miraculũ: qd eiusdẽ monasterij monachi se nosse testabãtur. In eo nãq monasterio fuit pater vite venerabilis: q quendã monachũ nutriẽs: vsq ad reuerẽdos pduxerit mores. Cũq eũ i amore dñi videret excreuisse: i eodẽ sibi monasterio tũc presbyterũ fecit ordinari. Cui post ordinationẽ suã: q⁊ nõ lõge abesset eius exitus p reuelationẽ indicatũ est. A pdicto itaq pre monasterij petijt: quatenus ei cõcederet vt sibi sepulchrum pararet. Cui ille respõdit dicens. Ante te quidẽ ego moriturus sum: sed tamen vade: ⁊ sicut vis prepara sepulchrũ tuũ. Recessit igit ⁊ pparauit. Cũ nõ post multos dies senex pater sebre pueniens ad extrema puenit: atq assistẽti pſbytero iussit dicẽs. In tuo sepulchro me pone. Cũq ille

diceret: scis qꝛ ⁊ ego modo te secu-turus sum: vtrosqꝫ cape nõ potest. Abbas protinus respõdit. Ita fac vt dixi quia sepulchꝛũ tuuꝫ ambos nos capiet. Defunctꝰ itaqꝫ est: atqꝫ in sepulchro eodem qđ sibi presby-ter parauerat: positus ac sepultus est. Mox quoqꝫ ⁊ presbyterũ cor-poris languor secutus est. Quo lã-guore crescẽte citius p̄sbyter vitã fi-niuit. Cumqꝫ ad sepulchꝛuꝫ qđ sibi ipse parauerat corpus illius fuisset deportatũ: apꝛo eodem sepulchro viderũt omnes qui aderãt locũ nõ esse vbi poni potuisset: quia corpus patris monasterij qđ illic ante po-situm fuerat: omne illud sepulchꝛũ tenebat. Cumqꝫ fratres qui presby-teri corpus detulerãt: factam sibi se-peliendi difficultatẽ viderẽt: vnus eorum exclamauit dicẽs. He pater vbi est quod dixisti: qꝛ sepulchrum istud ambos vos caperet? Ad cuiꝰ vocem subito cũctis vidẽtibus: ab-batis corpus qđ illic ante humatũ fuerat ⁊ supinuꝫ iacebat: sese vertit in latere: ⁊ vacãtem sepulchꝛi locuꝫ ad sepeliendum corpus presbyteri p̄buit. Et quia vtrosqꝫ ille locus ca-peret: sicut viuus promiserat mor-tuus impleuit. Sed qꝛ hoc qđ pre-dixi apud prenestinã vrbẽ: in beati petri apostoli monasterio gestum est: Uis ne etiam ꝙ aliquid in hac vrbe de eius ecclesie custodibus fa-ctum: vbi sacratissimũ corpus illiꝰ positum est audire? Petrus.

Uolo: atqꝫ id vt fiat magno-pere deprecor.

De theodoro mansionario ec-clesie beati petri apostoli vrbis ro-me. Cap. xxiiij. Gregorius.

Adhuc supsunt aliqui q̄ theo-dorum eius ecclesie custodeꝫ nouerũt: cuius narratiõe res inno-tuit que ei cõtigit valde memorabi-lis. Qui quadam nocte dum citius ad meliorãda iuxta ianuã lumina-ria surrexisset: ex more ligneis gra-dibus sub lampade positis stabat: ⁊ lampadis refouebat lumen. Cuꝫ repente beatus petrus apostolus in stola cãdida deorsuꝫ in pauimẽ-to constitit: eiqꝫ dixit: Conliberte: quare tam citius surrexisti? Quo dicto: ab oculis aspiciẽtis euanuit. Sed tantus pauor in euꝫ irruit: vt tota in illo corporis virtus defice-ret: ⁊ p dies multos de stratu suo surgere nõ valeret. Qua in re quid ibidem beatus apostolus seruien-tibus sibi voluit: nisi presentiaꝫ sui respectus ostẽdere? Quia quicqd pro eius veneratione agerent: ipse hoc pro mercede retributiõis sine intermissiõe semp videret. Petrꝰ.

Mihi hoc nõ tam apparet mi-rum qꝛ visus est: sed qꝛ his qui eum vidit cum sanus esset egro tauit. Gregorius.

Quid sup hac re miraris pe-tre? Nunquidnam mente excidit: quia dum daniel ꝓpheta magnaꝫ illam ac terribilẽ visionem vidit: ex

qua etiam visione contremuit: ptinus adiunxit: et ego elangui et egrotaui p dies plurimos: caro enim ea que sunt spus capere nō valet. Et idcirco nōnunquam cū mens humana vltra se ad videndum ducit: necesse est vt hoc carneū vasculum qd ferre talēti pōdus nō valet: infirmetur.

Scrupulū cogitatiōis Petr9. mee aperta ratio dissoluit.

De agōtio māsionario ecclesie suprascripte. Cap. xxv. Gregori9.

Alius quoque illic nō ante longa tēpora sicut nostri seniores referunt: custos ecclesie agontius dictus est: magne humilitatis atque grauitatis vir. Ita omnipotēti deo fideliter seruiens: vt idē beatus petrus apostolus signis ostenderet: quā de illo haberet estimationē. Nam quedā puella paralitica dum in eius ecclesia permanēs manibus reperet: et dissolutis renibus corpus p terrā traheret: diuque ab eodem beato petro apostolo peteret vt sanari mereretur: nocte quadā ei p visionē astitit et dixit. Uade ad agontiū māsionariū: et roga illum: et ipse te saluti restituet. Cūque illa de tāta visiōe certa esset: sed qs esset agontius ignoraret: cepit huc illuc p ecclesie loca se trahere: vt qs esset agōtius inuestigaret. Cui repēte ipse fact9 est obuius quē qrebat eique dixit: Rogo te pater: indica mihi quis est agonti9 custos. Cui ille respōdit. Ego sum. At illa inqt: pastor et nutritor noster beatus petrus apostol9 ad te me misit: vt ab infirmitate ista liberare me debeas Cui ille respōdit. Si ab ipso missa es: surge. Eiusque manū tenuit: et eā in statu suo ptinus erexit. Sicque ex illa hora omnes in eius corpore nerui ac mēbra solidata sunt: vt solutionis illius signa vlterius nulla remaneret. Sed si cūcta que i eius ecclesia gesta cognouim9 euoluere conamur: ab omnium iam procul dubio narratione cōticescim9. Unde necesse est vt ad modernos patres quorum vita per italie prouinciam claruit: narratio nostra se retorqueat.

De menomonacho solitario. Cap. xxvi.

Nuper quoque in samnij prouincia: quidam venerandus vir menas nomine: solitariā vitam ducebat: qui nostrorum multis cognitus: ante hoc fere est decēnium defunctus. De cuius operis narratione vnum auctorē non infero: qr pene tot mihi in ei9 vita testes sunt: quot samnij puinciam nouerunt. Hic itaque nihil ad vsum suum aliud nisi pauca apum vascula possidebat. Huic cum longobardus quidam in eisdem apibus rapinā voluisset ingerere: prius ab eodem viro verbo correptus est: et mox per malignum spiritū ante eius vestigia vexatus. Qua ex re factum est: vt sicut apud omnes incolas: ita etiam apud eandem barbaram gentem eius celebre

nomē haberet. Nullusq; vltra p̄sumeret eius cellā nisi humiliter intrare. Sepe ꝟo ex vicina silua venientes vrsi apes eius comedere nitebātur: quos ille deprehensos: ferula quē portare manu ꝯsueuerat cedebat. Ante cuius verbera imanissime bestie rugiebāt ⁊ fugiebāt. Et q̄ gladios formidare vix poterāt: ex eius manu ictus ferule ꝑtimescebāt. Huius studiū fuit nil i h̄ mūdo hr̄e: nil q̄rere: oēs q̄ ad se charitatꝭ causa veniebant: ad eterne vite desideria accēdere solebat. Si q̄n aūt quorūlibet culpas agnosceret: nunq̄ ab increpatione parceret: sed amoris igne succensus studebat in eis vehementer per linguam seruire. Consuetudinem vero vicini vel longe positi eiusdem loci accole fecerant: vt diebus singulis p hebdomadā vnusquisq; ei oblationes suas transmitteret: vt esset qđ ipse ad se venientibus offerre potuisset. Quodā vero tempore possessor quidā carterius nomine inmūdo desiderio deuictus quādam sanctimonialē feminā rapuit: sibiq; illicito matrimonio cōiunxit. Qđ mox vt vir domini cognouit: ei p quos potuit que fuerat dignus audire mādauit. Cūq; ille sceleris sui cōscius timeret: atq; ad virum dei nequaq̄ accedere p̄sumeret: ne forte ipsū aspe vt delinquētes solebat increparet: fecit oblationes suas: easq; inter aliorum oblationes misit: vt eius munera saltem nesciēdo susciperet. Sed cum corā eo fuissent oblatiōes omniū deportate: vir dei tacitus sedit: sigillatim omnes ꝯsiderare studuit: ⁊ omnes alias eligēs atq; seorsum ponens: oblationes quas idē carterius trās miserat per spiritū cognouit: spreuit ⁊ abiecit dicens. I e ⁊ dicite ei. Oblationē suam omnipotenti deo abstulisti: ⁊ mihi tuas oblationes trāsmittis? Ego tuā oblationē nō accipio: q2 suā abstu isti deo. Qua ex re actū est: vt p̄sentes quoq; magnus timor inuaderet: cum vir domini tā sciēter de absente iudicaret.

Multos horū suspicor Petrus. martyrium subire potuisse: si eos tp̄s persecutionis inuenisset.

Duo sunt petre martyrij genera Grego. vnū in occulto: alterū quoq; i publico. Nam si p̄secutio desit exterius: martyrij meritū in occulto est: cū virtus ad passionē prompta flagrat in aīo. Quia eniȝ esse possit ⁊ sine apta passione martyrium: testat̄ in euāgelio dominus qui çebedei filijs adhuc pre īfirmitate mētis: maiora sessionis loca q̄rentibus dicit. Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? Cui videlicet cum respōderēt possumus: vtrisq; ait. Calicem quideȝ meū bibetis: sedere autē ad dexterā meaȝ vel sinistrā: nō est meū dare vobis. Quid autē calicis nomen: nisi passionis poculū signat? Et cū nimirū constet quia iacobus in passione oc

cubuit: iohãnes vero in pace eccle/
sie quieuit: incũctanter colligit̄ esse
sine apta passione martyriuz: quã/
do 7 ille calicem domini bibere di/
ctus est: qui ex psecutione mortu⁹
nõ est. De his autẽ talibus tantisq̃z
viris quorũ supius memoriã feci:
cur dicamus: q2 si psecutionis tem
pus exsisteret: martyres esse potuis
sent? Qui occulti hostis insidias to
lerãtes suosq̃z in hoc mũdo aduer
sarios diligẽtes: cunctis carnalib⁹
desiderijs resistentes: p hoc q̄ se in
corde omnipotẽti deo mactauerũt
etiaz pacis tẽpore martyres fuerũt
duz nostris modo tẽporibus viles
quoq̃z 7 secularis vite psonas: de
quibus etiaz nihil celestis glorie p̃/
sumi posse videbãtur: oborta occa
sione cõtingit ad coronas martyrij
peruenisse. De quadragi
ta rusticis, p eo q̄ carnes comede/
re imolaticias noluerunt: a longo/
bardis occisi sunt. Cap̃. xxvij.

IAm ante hos fere quindeciz
annos sicuti ipsi testãtur qui
presentes fuerũt: quadraginta ru/
stici a lõgobardis capti: carnes im
molaticias comedere cõpellebant̄.
Qui cum valde resisterẽt: 7 contin/
gere cibum sacrilegũ nolent: cepe/
runt longobardi qui eos tenuerãt:
nisi immolaticia comederẽt eis mor
tem minari. At illi eternã potius q̃
presentez vitã ac transitoriã diligẽ/
tes fideliter psistẽtes: atq̃z in sua cõ
stantia simul oẽs occisi sunt. Quid
itaq̃z nisi ꝟitat̄ martyres fuerũt: q̃
ne vetitũ comedẽdo conditorẽ suũ
offenderẽt: elegerũt gladijs vitam
finire? De multitudine capti/
uorũz, p eo q̄ adorare caput capre
noluerũt occisorũ. Ca. xxviij.

EOdem quoq̃z tpe duz fere q̃/
dringẽtos captiuos alio lon
gobardi tenuissent: more suo imo/
lauerunt caput capre diabolo. Hoc
ei currẽtes p circũitũ certamine ne
fando dedicãtes. Cumq̃z illud ipsi
pri⁹ summissis ceruicib⁹ adorarẽt:
eos quoq̃z quos ceperãt hoc ado/
rare piter cõpellebãt. Sz ex eisdez
captiuis maxia multitudo magis
eligẽtes moriẽdo ad vitã imortalez
tendere: q̃ adorãdo vitã mortalez
tenere: obtẽperare iussis sacrilegis
noluerũt. Et ceruicẽ quẽ semp crea
tori flexerũt: creature inclinare con
tempserũt. Unde factũ ẽ vt hostes
q̃ eos cepant graui iracũdia accẽsi
cũctos gladijs iterficerẽt: quos in
errore suo participes non haberẽt.
Quid ergo mirũ si erũpente psecu
tiõis tpe illi martyres eẽ potuerũt:
q̃ in ipsa quoq̃z pace ecclesie semet/
ipsos semp affligẽdo angustã mar
tyrij tenuerũt viã: qñ irruẽte psecu
tiõis articulo hi etiã meruerũt mar
tyrij palmas accipe: q̃ in pace eccle
sie latas hui⁹ seculi vias seq̃ videbã
tur. Nec tñ hoc q̄ de eisdez electis
viris dicim⁹: de cũctis iam q̃si in re
gulaz tenem⁹. Nam cũ psecutiõis
apte tp̄s igruit: sicut pleriq̃z subire

martyriuȝ possunt: qui esse in pace ecclesie despicabiles videntur: ita nõ nunq̃ in debilitatis formidinẽ corruunt: qui in pace prius ecclesie fortiter stare credebãtur. Sed eos de quibus prediximus fieri martyres potuisse fideliter fatemur: quia hoc iam ex eorum fine colligimus. Cadere eñi nec in apta psecutione poterant hi de quibus cõstat: q2 vsq3 ad fineȝ vite in occulta animi virtute perstiterunt. Petrus.

Ut asseris ita est: sed sup indignos nos diuine misericordie dispẽsationem miror: quia longobardorum seuitiam ita moderatur: vt eoruȝ sacerdotes sacrilegos: qui esse se fideliuȝ quasi victores vidẽt: orthodoxos fidem psequi minime permittat. De arriano epo cecato. Cap. xxix. Gregorius.

Hoc petre facere plerũq3 conati sunt: sed eoruȝ seuitie miracula supna restiterũt. Unde vnũ narro quod p bonifaciũ monasterij mei monachũ: q vsq3 ante quadriennium cum longobardis fuit: adhuc ante triduum agnoui. Cum ad spoletanã vrbem longobardorũ episcopus scil3 arrianus venisset: 7 locuȝ illic vbi solẽnia sua ageret: nõ haberet: cepit ab eius ciuitatis episcopo ecclesiam petere: quã suo errori dedicaret. Qd dum valde episcopus negaret: idẽ qui venerat arrianus episcopus: beati pauli apostoli illic ecclesiam cõminus sitam: se die altero violenter intratuꝝ esse professus est. Quod eiusdem ecclesie custos audiens: festinus cucurrit: ecclesiã clausit: 7 seris muniuit. Facto autẽ vespere: lampades omnes extinxit: seq3 in interiorib9 abscondit. In ipso autem subsequenti lucis crepusculo: arrianus eps collecta multitudine aduenit: clausas ecclesie ianuas effringere paratus. Sed repente cũcte simul regie diuinitus concusse: abiectis longius seris apte sunt: atq3 cum magno sonitu omnia ecclesie claustra patuerunt. Effuso desup lumine: omnes que extincte fuerãt lampades accẽse sunt. Arrianus vero episcopus qui vim facturus aduenerat: subita cecitate pcussus est. Atq3 ia3 alienis manibus ad suũ habitaculũ reductus. Quod dum longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent: nequaq̃ vlterius p̃sumpserunt catholica loca temerare. Miro etenim modo res gesta est: vt q2 eiusde3 arriani causa lampades in ecclesia beati pauli apostoli fuerãt extincte: vno eodẽq3 tempore 7 ipse lumen perderet: 7 in ecclesia lumen rediret.

De arrianorũ ecclesia que in romana vrbe catholica cõsecratione dedicata est. Cap. xxx.

Sed neq3 hoc silcã qd ad eiusdem arriane hereseos damnationem: in hac quoq3 vrbe ante biennium pietas superna monstra

nit. Ex his quippe que narro aliud populus agnouit: aliud autem sacerdos & custodes ecclesie se audisse: se vidisse testantur. Arrianorum ecclesia in regione vrbis huius que subora dicitur: cum clausa vsq3 ante biennium remansisset: placuit vt in fide catholica itroductis illic beati sebastiani & btē agathe martyrum reliquis dedicari debuisset: qđ & factū est. Nam cum magna multitudine populi venientes: atq3 omnipotēti domino laudes canentes eandem ecclesiam ingressi sumus. Cumq3 in ea iam missarū solēnia celebrarētur: & pre eiusdē loci angustia se populi turba cōprimeret quidā ex his q̄ iuxta sacrarium stabāt: porcū subito intra suos pedes huc illucq3 discurrere senserūt. Quem dum vnusquisq3 sentiret: & iuxta se stantibus indicaret: idem porcus ecclesie ianuas petijt: & omnes p quos transijt in ammiratione cōmouit. Sed videri nil potuit: quāuis sentiri potuisset. Quod idcirco diuina pietas ostendit: vt cunctis patesceret quia de loco eodem immūdus habitator exiret. Peracta igitur missarum celebratione recessimus: sed adhuc nocte eadē magnus in eiusdē ecclesie tectis strepitus factus est: acsi in cis aliquis errādo discurreret. Sequenti autem nocte: grauior sonitus excreuit. Cum subito tanto terrore insonuit: acsi illa omnis ecclesia a fundamentis fuisset euersa: & protinus recessit: ac nulla illic vlterius inquietudo antiqui hostis apparuit: sed per terroris sonitū quē fecit: innotuit a loco quē diu tenuerat: q̄ coactus exibat. Post paucos vero dies in magna serenitate aeris super altare eiusdem ecclesie nubes celit⁹ dscēdit: suoq3 illud velamine operuit: omnēq3 ecclesiā tāto terrore ac suauitatis odore repleuit: vt patētibus ianuis nullus illuc presumeret intrare. Et sacerdos atq3 custodes: vel hiq̄ ad celebrāda missarum solēnia venerāt rem videbāt: ingredi minime poterant: & suauitatem mirifici odoris trahebāt. Die vero alio cū i ea lampades sine lumie depēderent: emisso celitus lumine sunt accēse. Atq3 post paucos iterū dies: cum expletis missarum solēnijs extinctis lampadibus: custos ex eadem ecclesia egressus fuisset post paululū intrauit: & lāpades quas extinxerat lucentes repperit: quas negligenter extinxisse se credidit: atq3 eas iam sollicitus extinxit. Qui exiēs ecclesiam clausit: sed post horarū trium spatium regressus: lucētes iam lampades quas extinxerat iuenit. Ut videlz ex ipso lumine apte claresceret: q2 locus ille de tenebris ad lumen venisset. Petrus.

Et si iam in magnis tribulationibus sumus positi: q2 tamē a cōditore nostro non sumus omnino despecti: testant̄ ea que audio

ſtupēda eius miracula. Gregori⁹.

QUãuis ſola ea que in italia
gesta ſunt narrare decreuerã
vis ne tamen vt pro oſtēdenda eiuſ-
dem arriane hereſeos dãnatione:
tranſeamus verbo ad hiſpaniam:
atq3 inde per africam ad italiã re-
deamus? Petrus.

PErge quo libet: naz letus du
cor: letus reducor.

De herminigildo rege liuuigildi
vuiſigotharũ regis filio ꝓ fide ca-
tholica ab eodem patre ſuo occiſo.

SIcut Cap. xxxi. Gregori⁹.
multoruz qui ab hiſpaniarũ
partibus veniũt relatione cogno-
uimus. Nuper herminigildus rex
liuuigildi regis vuiſigotharum fi-
lius: ab arriana hereſi ad catholi-
cam fidem viro reuerētiſſimo lean
dro hiſpolitano epiſcopo: dudum
mihi in amicitijs familiariter iũcto
predicãdo ꝯuerſus eſt. Quē pater
arrianus vt ad eãdem hereſim re-
diret: 7 ꝑmijs ſuadere 7 minis ter-
rere conatus eſt. Cumq3 ille cõſtan
tiſſime reſpõderet: nunq̃ ſe veram
fidem poſſe relinquere quã ſemel
cognouiſſet: iratus pater eũ priua-
uit regno: rebuſq3 oĩbus expolia-
uit. Cũq3 nec ſic virtutē mētis illi⁹
emollire valuiſſet: in arta illũ cuſto
dia cõcludens: colluz manuſq3 illi⁹
ferro religauit. Cepit itaq3 idē her
minigildus rex iuuenis terrenũ re
gnũ deſpiciēs: 7 forti deſiderio ce-
leſte querēs: in cilicijs iacere vincu
latus: oĩpotenti deo ad cõfirmãdũ
in ſe ꝑces effundere. Tãtoq3 ſubli
mius gloriã tranſeũtis mũdi deſpi
cere: quãto 7 religat⁹ agnouerat:
nil fuiſſe qđ potuiſſet auferri. Su-
perueniēte aũt paſcalis feſtiuitatis
die: in tēpeſte noctis ſilētio ad eum
pater ꝑfidus arrianũ epm̄ miſit: vt
ex eius manu ſacrilega ꝯſecratiõis
cõmunionē ꝑciperet: atq3 per hoc
ad patris gratiam redire mereret̄.
Sed vir deo dedit⁹: arriano epo
venienti exprobrauit vt debuit: eiuſ-
q3 a ſe perfidiã dignis increpatio-
nibus reppulit. Quia etſi exteri⁹ ia
cebat ligatus: apud ſe tamē in ma-
gno mētis culmine ſtabat ſecurus.
Ad ſe itaq3 reuerſo epo arrian⁹ pa
ter infremuit: ſtatimq3 ſuos appa-
ritores miſit: qui cõſtantiſſimũ cõ-
feſſorez dei illuc vbi iacebat occide-
rent. Quod factũ eſt. Naz mox vt
ingreſſi ſunt: ſecuriz in cerebro illi⁹
infigentes: vitam corporis abſtule
runt. Hocq3 in eo valuerũt ꝑimere
qđ ipſe quoq3 qui perēptus eſt: in
ſe cõſtituerat deſpexiſſe. Sed pro
oſtendēda vera eius gloria: ſupna
quoq3 nõ defuere miracula. Nam
cepit in nocturno ſilētio pſalmodie
cantus ad corpus eiuſdem regis 7
martyris audiri. Atq3 ideo veraci
ter regis: quia martyris. Quidam
etiam fuerũt qui dicerēt ꝙ illic no-
cturno tempore accenſe lampades
apparebãt. Unde factũ eſt quate-
nus corpus illius videlz martyris:

iuste a cũctis fidelib⁹ venerari de/
buisset. Pater vero pfidus ⁊ parri
cida cõmotus penitentia hoc fecis/
se se doluit: nec tame vsq; ad obti/
nendam salutẽ. Nam q2 vera esset
catholica fides agnouit: sed gẽtis
sue timore pterritus: ad hanc pue
nire nõ meruit. Qui oborta egritu
dine ad extrema pductus: leandro
epõ quẽ prius vehemẽter afflixe/
rat: recharedũ regis filiũ quẽ i sua
heresi relinquebat cõmendare cu/
rauit. Ut in ipo quoq; talia faceret
qualia in fratrẽ illius suis exhorta
tionibus fecisset. Qua videl3 com/
mendatione expleta: defunct⁹ est.
Post cuius mortez recharedus nõ
patrem perfidũ sed fratrẽ martyrẽ
sequens: ab arriane hereseos pra/
uitate cõuersus est. Totamq; vuisi
gotharum gentez ita ad veram p/
duxit fidem: vt nullu3 in suo regno
militare permitteret: qui regno dei
hostis existere p hereticam pfidi/
am non timeret. Nec mirũ q̄ vere
fidei predicator fact⁹ est: q̄ frater ẽ
martyris. Cui⁹ hũc quoq; merita
adiuuãt: vt ad omnipotẽtis dei gre
miũ ta3 multos reducat. Qua in re
cõsiderandũ nobis est: q2 totũ hoc
agi nequaq̄ posset si herminigild⁹
rex p veritate mortuus nõ fuisset.
Nam sic scriptũ est: nisi granũ fru
menti cadens in terra mortuũ fue/
rit ipsum solũ manet. Si ãt mor/
tuum fuerit: multum fructũ affert.
Hoc fieri videmus in membris qð
factu3 scimus in capite. In vuisigo/
tharum etenim gente vnus est mor
tuus vt multi viuerẽt. Et dum vnũ
granũ fideliter cecidit: ad obtinen/
da3 fidẽ aiaꝝ seges multa surrexit.

Res mira ⁊ nostris Petrus.
stupenda temporibus.

De episcopis africanis q̄ pro de
fensione catholice fidei abscissis ab
arrianis vuãdalis radicit⁹ linguis
nullum locutionis solite vsum ami
serũt. Cap. xxxij. Gregori⁹.

Iustiniani quoq; augusti tẽ/
poribus: dum cõtra catholi/
corũ vitã exorta a vuandalis arria
na psecutio in africa vehemẽter in/
saniret: quidã in defensione verita
tis epi fortiter psistẽtes: ad mediũ
sunt deducti. Quos vuandaloru3
rex verbis ac munerib⁹ flectere ad
pfidia3 nõ valens: tormẽtis frãge
re posse se credidit. Nam cũ eis in
ipsa defensiõe veritatis silentiũ in/
diceret: nec tñ ipsi cõtra pfidia3 ta/
cerent: ne tacẽdo forsitan cõsensis/
se viderent. Raptus in furore rex
corũ linguas abscidi radicit⁹ fecit.
Res mira ⁊ multis nota seniori/
bus: q2 ita post pro defensione veri
tatis etiã sine ligua loq̄bant: sicut
prius p linguã loqui consueuerãt.

Mirandũ valde ⁊ ve/ Petr⁹.
hemẽter stupẽdũ. Gregori⁹.

Scriptu3 quippe petre est de
vnigenito summi patris. In
principio erat verbu3 ⁊ verbũ erat
apud deum: ⁊ deus erat verbum.

De cuius etiam virtute subiügitur. Omnia per ipm facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quid igitur miramur: si verba edere sine lingua potuit verbū: quod linguam fecit?

Placet qd dicis. Petrus.

Hic itaqz pfugi Gregorius. ad constantinopolitanā vrbē venerūt: eo tempore quo pro explēdis respōsis ecclesie ad pricipē ipse transmissus sum: seniorez quēdam episcopū repperi: qui se adhuc eorum ora sine linguis loquentia vidisse se testabatur: ita vt apertis oribus clamarent. Ecce videte qz linguas nō habemus: et loquimur. Videbatur enim a respiciētibus vt ferebant: qz abscissis radicitus quodāmodo linguis quasi quoddā baratrum patebat in gutture: et tamen ore vacuo plena ad integrū verba formabantur. Quorum illic vnus in luxuriā lapsus: mox priuatus est dono miraculi. Recto videlz dei omnipotētis iudicio. Ut qui carnis continentiaz seruare neglexerat: sine lingua carnea nō haberet verba virtutis. Sed hec nos pro arriane hereseos damnatione dixisse sufficiat: nunc ad ea que nuper in italia gesta sunt signa redeamus.

De eleutherio seruo dei: quot sunt cōpunctionis genera. Ca. xxxiij.

Is autem cuius supius memoriam feci eleutherius pater monasterij beati euāgeliste marci: qd in spoletane vrbis pomerijs situz est: diu mecū est in hac vrbe in meo monasterio cōuersatus: ibiqz defunctus est: quē sui discipuli ferebant orādo mortuū suscitasse. Uir autem tāte simplicitatis erat ac cōpunctionis: vt dubiū nō esset qz ille lachryme ex tam humili simpliciqz mēte edite: apud omnipotentē dominum multa obtinere potuissent. Huius ego aliqd miraculuz narro qd inquisitus mihi simpliciter et ipse fatebatur. Quadā nāqz die dū iter carperet: facto vespe cum ad sedendum locus deesset: in monasteriuz virginuz deuenit. In quo quidam paruulus puer erat: quē malignus spūs oi nocte vexare consueuerat. Sed sanctimoniales femine vt virum dei susceperūt: euz rogauerūt dicētes. Tecum pater puer iste hac nocte maneat. Quē ipse benigne suscepit: secūqz eum nocte eadez iacere pmisit. Facto autem mane ceperunt sanctimoniales femine eundē patrem vigilanter inquirere: si qd puer quē dederāt nocte eadem fecisset. Qui miratus cur ita requirerēt respōdit. Nihil. Tunc ille eiusdem pueri innotuerūt causam: et qz maligнus spūs nulla ab eo nocte recederet indicauerunt: summope postulantes vt hunc secū ad monasteriū tolleret: qz iam vexationē illius videre ipse nō poterāt. Consensit senex: puerum ad monasteriū adduxit. Qui cū multo tpe i monasterio fuisset: atqz ad hūc antiquus hostis acce

dere minime psumpsisset: eiusdez se/
nis animus de salute pueri immo/
deratius p leticiã tacitus est. Naz
coram positis fratribus dixit. Fra
tres: diabolus sibi cum illis sorori/
bus iocabatur. At vero vbi ad ser/
uos dei ventũ est ad hũc puerũ ac/
cedere nõ psumpsit. Post quã vocẽ
hora eadem ac momẽto: idez puer
coram cũctis fratribus diabolo se
inuadẽte vexatus est. Quo viso se/
nex se protinus in lamẽtum dedit.
Quem dum lugẽtez diu fratres cõ
solari voluissent: respõdit dicens.
Credite mihi: q2 in nullius vestruz
os hodie panis igredietur: nisi puer
iste a demonio fuerit ereptus. Tũc
se in oratione cum cũctis fratribus
strauit: 7 eousqz oratũ est: quousqz
puer a vexatione sanaretur. Qui 7
tam pfecte sanatus est: vt ad hunc
malignus spũs accedẽdi ausum vl/
terius nõ haberet. Petrus.

CRedo q eī elatio pua subre/
pserat: eiusqz discipulos om/
nipotẽs deus facti illius voluit esse
adiutores. Gregorius.

ITa est. Nam pondus mira
culi solus portare nõ potuit:
diuisit hoc cum fratribus 7 porta/
uit. Huius viri oratio quãte virtu/
tis esset: in memetipso expertus sum.
Nam cum quodã tẽpore in mona
sterio positus: incisionẽ vitaliuz pa
terer: crebrisqz angustijs p horarũ
momẽta ad exitum propinquarez:
quã medici molestiã greco eloquio
sincopin vocãt: 7 nisi me frequẽter
fratres cibo reficerẽt: vitalis mihi
spũs funditus intus intercidi vide
retur: pascalis superuenit dies. Et
cũ sacratissimo sabbato in quo oẽs
7 pueri paruuli ieiunãt: ego ieiuna
re non possem: cepi plus merore q̃
infirmitate deficere. Sz tristis ani
mus cõsiliuz citius inuenit: vt eun/
dem virum dei secreto in oratoriuz
ducerez: eũqz petere quaten⁹ mihi
vt die illo ad ieiunãdum virtus da/
retur: suis apud omnipotentẽ do/
minuz pcibus obtineret. Qđ factũ
est. Nam mox vt oratoriũ ingressi
sumus: a me humiliter postulatus
sese cum lachrymis in orationẽ de/
dit: 7 post paululũ cõpleta oratiõe
exijt. Sed ad vocem benedictiõis
illius virtutẽ tantam meus stoma/
cus recepit: vt mihi funditus a me/
moria tolleretur cibus 7 egritudo.
Cepi mirari quis essem: 7 quis fue
rim. Quia 7 cum ad animũ redie/
bat infirmitas: nihil in me ex his q̃
meminerã recognoscebã. Cũqz in
dispositione monasterij occupata
mens esset: obliuiscebar funditus
egritudinis mee. Sin vero vt pre/
dixi rediret egritudo ad memoriã
cum tam fortez me esse sentirem: mi
rabar si non comedissem. Quia ad
vesperam veniens: tante me forti/
tudinis inueni: vt si voluissem ieiu/
nium vsqz ad diem alterũ trãsferre
potuissem. Sicqz factum est vt ibi
me probarem ea etiam de illo vera

esse: quibus et ipse inter minime fuissem. Petrus.

Quia eundem virum magne compunctionis fuisse dixisti: ipsam lachrymarum vim largius adiscere cupio. Unde queso: ut mihi quot sunt genera compunctionis edisseras.

Gregorius. In multis speciebus compunctio dividitur: cum singule queque a penitentibus culpe plangunt. Unde ex voce quoque penitentium: hieremias ait: Divisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter vero compunctionis genera duo sunt. Quia deum sitiens anima: prius timore compungitur: postea amore. Prius enim sese in lachrymis afficit: quia dum malorum suorum recolit: pro his perpeti supplitia eterna pertimescit. At vero cum longa merroris anxietudine fuerit formido consumpta: quedam iam de presumptione venie securitas nascitur: et in amore celestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat ne duceretur ad supplicium: postmodum flere amarissime incipit: quia differtur a regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori: que ipsa societas sanctorum spirituum: que maiestas interne visionis dei: et amplius plangit: quia a bonis perennibus deesse quam flebat prius cum mala eterna metuebat. Sicque fit ut perfecta compunctio formidinis tradat animum compunctioni dilectionis. Quod bene in sacra veracique historia: figurata narratione describitur que ait: quod axa filia chaleph sedens super asinum suspirauit. Cui dixit pater suus. Quid habes? Ad quem illa respondit. Da mihi benedictionem: terram australem et arentem dedisti mihi: iunge et irriguam. Dedit ei pater suus irriguum superius et irriguum inferius. Axa quippe super asinam sedet: cum irrationabilibus carnis sue motibus anima presidet. Que suspirans a patre terram irriguam petit: quia a creatore nostro cum magno gemitu querenda est lachrymarum gratia. Sunt namque nonnulli qui iam in dono perceperunt libere pro iustitia loqui: oppressos tueri: indigentibus possessa tribuere: ardorem fidei habere. sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram australem et arentem habent: sed adhuc irrigua indigent. Quia in bonis operibus positi in quibus magni atque ferventes sunt: oportet nimis ut aut timore supplicii: aut amore regni celestis: mala etiam que antea perpetrauerunt deplorent. Sed quia ut diximus duo sunt compunctionis genera: dedit ei pater suus irriguum superius et irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima: cum sese in lachrymis celestis regni desiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit: cum inferni

supplicia flendo ptimescit. Et qui-dem prius inferius ac post irriguum superius datur. Sed quia cōpunctio amoris dignitate pminet: necesse fuit vt prius irriguum superius: et post irriguū inferius cōmemorari debuisset. Petrus.

Placet quod dicis. Sz post- q̄ hunc venerande vite eleutherium huius meriti fuisse dixisti: libet inquirere si nunc in mundo esse credendum est aliquos tales? Gregorius.

De amantio presbytero prouintie tuscie. Cap. xxxiiij.

Floridus tibertie ecclesie episcopus: cuius veritatis atqz sanctitatis est: dilectioni tue incognitum non est. Hic mihi apud se esse presbyterum quendam amantium nomine: precipue simplicitatis narrauit virum: quem hoc habere virtutis perhibet: vt apostolorum more manum super egros ponat: et salutem restituat. Et quelibet vehemens egritudo sit: ad tactum illi9 abscedat. Quez hoc etiā habere miraculi adiūxit: quia si in quolibet loco quāuis immanissime asperitatis serpentem repperit: mox vt eum signo crucis signauerit extinguit: ita vt virtute crucis quē vir dei digito ediderit: disruptis visceribus moriatur. Quem si quando serpens in foramine fugerit: signo crucis os foraminis benedicit: statimqz ex foramine serpens iam mortuus trahitur. Quez tante virtutis virum ipse etiam videre curaui: eumqz ad me deductum in infirmorum domum paucis diebus manere volui: vbi si qua adesset curatiōis gratia: citius probari potuisset. Ibi autem quidam inter egros alios mentecaptus iacebat: quem medici greco vocabulo freneticum appellant. Qui cum nocte quadam magnas voces insanus ederet: cunctosqz egros immēsis clamoribus perturbaret: ita vt nulli illic capere somnuz liceret: fiebat res valde mirabilis: quia vnde vnus male: inde omnes deterius habebant. Sed sicut prius a reuerentissimo florido episcopo qui tūc cum predicto p̄sbytero illic pariter manebat: et post a puero qui nocte eadem egro seruiebat subtiliter agnoui: idem venerabilis presbyter de proprio stratu surgens: ad lectū frenetici silenter accessit: et sup eum positis manibus orauit. Moxqz illum melius habentem tulit: atqz in superiora domus secum ad oratorium duxit: vbi pro eo vberius orationi incubuit: et statim eum sanum ad lectum proprium reduxit: ita vt nullas vlterius voces ederet: neqz egrotorum quēpiam aliquibus clamoribus turbaret. Nec iam egritudinē auxit alienam: qui perfecte receperat mentem suam.

Ex quo eius vno facto didicimus: vt de eo illa oia audita crederem⁹. Magna vite edificatio Petr⁹. Mē videre viros mira facientes atq; in ciuibus suis hierusalē celestem in terra conspicere. Gregori⁹

De maximiano syracusane ciuitatis episcopo. Cap. xxxv

Neq; hoc silēdū puto: qđ omnipotens deus maximianuȝ famulū suum nunc siracusanū episcopū: tunc autem mei monasterij patrem dignatus est monstrare miraculum. Nam dum iussione pontificis mei in ↄstantinopolitane vrbis palatio responsis ecclesiasticis deseruirē: illic ad me idem venerabilis maximian⁹ charitate exigēte cū fratribus venit. Qui cuȝ ad monasteriū meū romā rediret in mari adriatico nimia tempestate deprehēsus: inestimabili ordine atq; inusitato miraculo: erga se cunctosq; qui cū eo aderāt omnipotentis dei ⁊ iram cognouit ⁊ gratiā. Nam cū in eorum mortem ventorū nimietatibus eleuati fluctus seuirent: ex naue claui perditi arbor abscisa est vela ī vndis proiecta: totumq; vas nauis quassatum nimijs fluctibus ab omni fuerat sua cōpage dissolutum. Rimis itaq; patētibus intrauit mare: atq; vsumq; ad supiores tabulas impleuit nauem: ita vt nō tam nauis inter vndas: q̄ vnde iaȝ intra nauem esse viderentur. Tunc in eadem naui residētes: nō tam ex morte vicina: sed ex eius presentia ac visione turbati: omnes sibimet pacem dederunt: corpus ⁊ sanguinem redēptoris acceperūt: deo se singuli cōmēdantes: vt eorum animas benigne susciperet: quorū corpora in tam pauēda morte tradiderat. Sed omnipotēs deus qui eorum mentes mirabliter terruit: eorum quoq; vitam mirabilius seruauit. Nam diebus octo nauis eadē vsq; ad superiores tabulas aquis plena: iter ꝓprium peragens enauit: nono autē die: in chotronensis castri portū ꝺducta est. Ex qua exierunt omnes incolumes: qui cū predicto venerabili viro maximiano nauigabāt. Cumq; post eos ipse quoq; fuisset egressus: mox in eiusdem portus ꝓfundū nauis dimersa est: acsi illis egredientibus ꝓ põdere subleuatione caruisset. Et que plena hominibus ī pelago aquas portauerat atq; natauerat: maximiano cū suis fratribus recedente aquas sine hominibus in portu nō valuit portare. Ut hic omnipotēs deus ostenderet quia hanc onustā sua manu tenuerat: que ab hominibus vacua ⁊ derelicta sup aquas non potuit manere.

De sanctulo presbytero prouincie nursie. Cap. xxxvi.

Ante dies quoq; fere q̄draginta: vidisti apud me cuȝ cuius supius memoriaȝ feci: venerabilis vite presbyterū sanctuluȝ noie: qui i

uincia venire cōsueuerat: sed ex ea-
dem prouincia quidā monachus
ante triduū venit: qui grauis nūcij
merore me ptulit: quia eūdem virū
obisse nūciauit. Huius ergo viri ⁊
non sine gemitu dulcedinis recolo:
iam tamen sine formidine virtutes
narro: quas a vicinis eius sacerdo
tibus mira veritate ⁊ simplicitate p̄-
ditis agnoui. Et sicut inter amātes
se animos hominū magnū charita
tis secum familiaritas ausū p̄bet:
a me plerūq; ex dulcedine coactus
ipse quoq; de his q̄ egerat extrema
quedā fateri cogebatur. Hic nāq;
quodā tēpore cum in prelo longo
bardi oliuas premerēt vt in oleo li-
quari debuissent: sicut iocūdi erat
vultus ⁊ animi vtrē vacuū ad pre
lum detulit: laborātesq; longobar-
dos leto vultu salutauit. Utrem ꝓ-
tulit: ⁊ iubendo potius q̄ petendo
eum sibi impleri dixit. Sed genti-
les viri quia iam toto die frustra la
borauerant: atq; ab oliuis exigere
oleum torquēdo nō poterāt: verba
illius moleste susceperūt: eūq; iniu
rijs īsectati sūt. Quibus vir dei le-
tiori adhuc vultu respōdit. Sic me
oneretis vt istum vtrē sanctulo im-
pleatis: ⁊ sic a vobis reuertit̄. Cū-
q; ⁊ illi ex oliuis oleum defluere nō
cernerent: ⁊ virum dei ad implen-
dum vtrem sibi insistere viderēt: ve
hemēter accensi: maiorib⁹ hūc ver-
borū cōtumelijs detestari ceperūt.
Uir autē dei vidēs q̄ ex prelo oleū
nullo modo exiret: aquā sibi dari
petijt: quā cūctis videntibus bene-
dixit: atq; i prelo suis manibus ia-
ctauit. Ex qua ꝓtinus benedictiōe
tanta vbertas olei erupit: vt longo
bardi qui prius diu incassum labo-
rauerāt: nō solum sua vascula oīa:
sed vtrem quoq; quē vir dei detule
rat implerēt: gratias agerēt q2 his
qui oleū petere venerat: benedicē-
do dedit quod postulabat.

Alio quoq; tēpore vehemens
vbiq; fames icubuerat: ⁊ bea
ti laurētij martyris ecclesia a lōgo
bardis fuerat incēsa. Quā vir dei
restaurare cupiens: multos artifi-
ces ac plures subministrātes opa-
rios adhibuit: quibus necesse erat
vt quotidiani sumpt⁹ laborātibus
sine dilatione preberētur: sed exigē
te eiusdem famis necessitate panis
defuit. Ceperūt laborātes instāter
victum querere: quia vires ad labo
randū pre inopia nō habebāt. Qđ
vir dei audiēs: eos verbis cōsola-
batur: foris ꝓmittēdo qđ deerat:
sed ipse grauiter anxiebatur intus:
exhibere cibum nō valens quē pro
mittebat. Cum vero huc illucq; an-
xius pgeret: deuenit ad clibanū in
quo vicine mulieres pridie coxerāt
panes: ibiq; incuruat⁹ aspexit: ne
fortasse panis coquētibus remāsis-
set. Cum repente panē mire magni
tudinis atq; insoliti cādoris īuenit.
Quem tulit quidem: sed deferre ar
tificibus noluit: ne forte alien⁹ esset

⁊ culpā velut ex pietate ppetrasset. Per vicinas itaq; hūc mulieres detulit: cūq; omnibus ostendit: ac ne cui eaꝝ remāsisset inquisiuit. Oēs autem que pridie panē coxerāt suum esse negauerūt. Atq; panes suos se integro numero a clibano retulisse ꝓfesse sunt. Tūc letus vir domini prexit ad multos artifices cū vno pane: vt omnipotēti deo gratias agerēt āmonuit: ⁊ q̄ eis ānonā ꝓbuerat indicauit: eisq; ad refectionem protinus inuitatis inuētū panem apposuit. Quibus sufficienter pleneq; satiatis: plura ex eo q̄ ipse panis fuerat: fragmenta collegit: que die quoq; altero eis ad refectionem intulit: sed id qd ex fragmētis superat: ipsa q̄q; q̄ apposita fuerāt fragmēta supabant. Factūq; est: vt p dies decē omnes illi artifices atq; operarij: ex illo vno pane satiati: hūc ⁊ q̄tidie ederēt: ⁊ ex eo q̄tidie qd edi posset in crastinū superesset: ac si fragmēta pāis illi⁹ p esuꝫ crescerent: ⁊ cibum comedentium ora repararent. Petrus.

Mira res atq; in exemplo dominici operis vehemēter stupenda. Gregorius.

Ipse petre multos de vno pane pauit p seruum suū qui ex quinq; panibus quinq; milia hominū satiauit p semetipsuꝫ: q pauca seminū gnā i innumera segetū frumēta multiplicat: q̄ ipsa q̄q; semina pduxit ex terra: ⁊ simul oia creauit ex nihilo. Sꝫ ne diuti⁹ mireris q̄d i ꝟtute dn̄i venerādus vir sanctulus exteri⁹ fecerit: audi ex ꝟtute dn̄i q̄lis iteri⁹ fuit. Die eteni q̄dā a lōgobardis capt⁹ q̄dā diacon⁹ tenebat ligat⁹: cūq; ipsi q tenuerāt: iterficere cogitabāt. Aduespascēte aūt die vir dei sanctulus ab eisdē lōgobardis petijt: vt relaxari eiq; vita ɔcedi dbuisset. Qd posse se facere oino negauerūt. Cūq; mortē illi⁹ deliberasse eos cerneret: petijt vt sibi ad custodiā tradi dbuisset. Cui ꝓtin⁹ rn̄derūt: Tibi q̄dē custodiēdū eū damus: sꝫ ea cōditiōe iterposita: vt si iste fugerit: p eo ipe moriaris. Qd vir dn̄i libēter accipiēs: pdictū diaconē in sua suscepit fide. Quē nocte media cuꝫ lōgobardos oēs somno gui oppressos aspiceret: excitauit ⁊ ait: Surge: ⁊ ɔcit⁹ fuge: libet te oipotēs de⁹. Sꝫ idē diacon⁹ ꝓmissionis ei⁹ nō immemor: rn̄dit dicēs: Fugere pr̄ nō possū: q̄ si ego fugero p me sine dubio ipe morieris. Quem vir dn̄i sanctulus ad fugiēdū cōpulit dicēs. Surge ⁊ vade: te oipotēs de⁹ eripiat: nā ego i manu ei⁹ sum. Tātū i me pn̄t facere: q̄tū ipe pmiserit. Fugit itaq; diacon⁹: ⁊ q̄si decept⁹ in medio fideiussor remansit. Facto āt mane: lōgobardi q diaconē ad custodiēdū dederāt: venerūt quē dederāt petierūt: sꝫ hūc venerādus pr̄br̄ fugisse rn̄dit. Tūc illi inq̄unt. Scis ipe meli⁹ q̄d iter nos cōuenit. Seru⁹ aūt dn̄i constāter ait.

Scio. Cui dixerũt: Bon⁹ hõ es: nolum⁹ te ꝑ varios cruciat⁹ mori: elige tibi mortẽ quã vis. Quib⁹ vir dñi rñdit dicẽs: In manu dei sũ: ea morte me occidite: q̃ occidi ipse me ꝑmiserit. Tunc oĩbus qui illic aderãt lõgobardis placuit: vt eũ capite trũcare debuissent: q̃ten⁹ sine graui cruciatu vitã ei⁹ cõpẽdiosa morte terminarẽt. Cognito itaqꝫ ꝙ sanctulus q̃ iter eos ꝓ scitate reuerẽtia magni honoris habebat: occidendus esset: oẽs q̃ i eodẽ loco inuenti sunt lõgobardi ꝯuenerũt: sicut sũt nimie crudelitatꝭ: leti ad spectaculũ cucurrerũt mortꝭ. Circunsteterunt itaqꝫ acies. Uir aũt dñi i mediũ deduct⁹ est: atqꝫ ex oĩb⁹ viris fortib⁹ elect⁹ est vn⁹: de quo dubiũ nõ esset ꝙ vno ictu caput ei⁹ absciderct. Uenerãdus igit̃ vir iter armatos deductus: ad sua arma statĩ cucurrit. Nã petijt vt sibi paululũ orãdi licẽtia daretur. Cui dũ cõcessum fuisset in terrã se strauit: ⁊ orauit. Qui dũ paulo diutius oraret: hunc electus interfector calce pulsauit vt surgeret: dicens. Surge: ⁊ flexo genu tẽde ceruicem. Surrexit aũt vir dei: genu flexit: ⁊ ceruicem tetendit: sed tenso collo eductam contra se spatã intuens: hoc vnũ fertur publice dixisse. Sancte iohannes suscipe illã. Tũc electus carnifex euaginatum gladium tenẽs: annissu forti in alto brachiũ ꝑcussurus leuauit: sed deponere nullo modo potuit. Nã repente diriguit: ⁊ erecto in celũ gladio: brachium inflexibile remansit. Tunc omnis longobardorũ turba que ad illud mortis spectaculũ aderat: in laudis fauore conuersa: mirari cepit virũqꝫ dei venerari cum timore. Quia ꝓfecto claruerat cui⁹ sanctitatis esset: ⁊ qui carnificis sui brachiũ i aera ligasset. Itaqꝫ postulatus vt surgeret: surrexit. Postulatus vt brachium sui carnificis sanaret: negauit dicẽs. Ego ꝓ eo nullo modo orabo: nisi mihi ante ea iuramentũ dederit: quia cum manu ista christianum hominẽ non occidat. Sed lõgobardus idẽ qui vt ita dicam brachiũ contra deum tendẽdo perdiderat: pena sua exigente compulsus est iurare: se christianuꝫ hominẽ nũꝙ occidere. Tunc vir dei precepit dicẽs: depone manũ deorsum. Qui statim deposuit. Atqꝫ illico adiunxit. Remitte gladium in vaginã. Et statim remisit. Omnes igit̃ virtutis hominẽ cognoscentes boues ⁊ iumẽta que depdati fuerãt certati ei i munere offerre volebãt. Sed vir domini tale mun⁹ suscipe renuit: mun⁹ ãt bone mercedis q̃siuit: dicens. Si mihi aliquid vultis ꝯcedere: omẽs captiuos q̃s habetꝭ mihi tribuite: vt habeã vnde ꝓ vobis debeã orare. Factũqꝫ est ita: ⁊ omnes captiui cum eo dimissi sunt: atqꝫ supna gratia disponẽte cum se vnus ꝓ vno morti obtulit: multos a morte liberauit.

Petrus.

MIra res valde: ⁊ quãuis hãc
ab aliis cognouerim: vere ta-
men fateor: q2 mihi quotiẽs narra
tur: innouatur. Gregorius.

NIhil in hac re in sanctulo mi-
reris: sed pẽsa si potes q̄s ille
spũs fuerit q̄ ci⁹ taz simplicẽ mentẽ
tenuit: atq3 in tãto virtutis culmĩe
erexit. Ubi enĩ eius anim⁹ fuit: qñ
mori pro ꝓximo tam cõstanter de-
creuit: ⁊ ꝓ tẽporali vita frĩs vnius
desperit suã: atq3 sb gladio ceruicẽ
tetẽdit. Que ergo vis amoris illud
cor tenuit: q̄d mortẽ suã ꝓ vnius sa
lute ꝓximi nõ expauit? Scim⁹ cer
te q2 idez venerabilis vir sanctulus
ipsa elemẽta litteraꝝ plene nõ noue
rat: legis p̄cepta nesciebat. Sed q2
plenitudo legis est charitas: legem
totã in dei ac ꝓximi dilectiõe serua
uit. Et q̄d foris in cognitione nõ no
uerat: ei int⁹ viuebat in amore. Et
qui nunq̄ꝫ fortasse legerat: q̄d de re
dẽptore nr̄o iohãnes apostolus di
xit. Qm̄ sicut ille ꝓ nobis aiam po-
suit: sic ⁊ nos debem⁹ ꝓ fratribus
aiam ponere: tam sublime aposto-
licum p̄ceptuz faciẽdo magis q̄ꝫ sciẽ
do nouerat. Cõparemus si placet
cuz hac nr̄a indocta sciẽtia illi⁹ do-
ctam ignorantiã: vbi hec nr̄a iacet:
ibi illi⁹ disciplina eminet. Nos de
virtutib⁹ vacui loq̄mur: ⁊ quasi in-
ter fructifera arbusta positi: odora
mur poma: nec mãducamus. Ille
virtutũ fruct⁹ carpe nouerat: q̄ꝫuis
hos in verbis odorari nesciebat.

QUidnaz queso te Petrus.
esse existimas: q̄ꝫ boni quiq3
subtrahũtur: ⁊ qui viuere ad edifi-
cationẽ multoꝝ poterũt: aut penit⁹
inueniri nequeũt: aut certe oĩmodo
rarescunt. Gregorius.

MAlitia remanentiũ meret̃: vt
hi q̄ ꝓdesse poterant: festine
subtrahãtur. Et cũ mũdi finis ap-
propinquat: electi tollunt̃ ne dete-
riora videãt. Hĩc etenĩ ꝓpheta ait.
Iustus periit: ⁊ non est q̄ recogitet
in corde suo: ⁊ viri mĩsicordie colli-
guntur: q2 nõ est q̄ intelligat. Hinc
rursuz scriptũ est. Aperite vt exeãt
q̄ cõculcent eam. Tollite de via la-
pides. Hinc salomon ait. Tempus
mittẽdi lapides: ⁊ tẽpus colligẽdi.
Quo igit̃ mũdi finis vrget: eo ne-
cesse est vt viui lapides ad edificiuz
celeste colligãtur: quaten⁹ hierusa-
lem nr̄a in mensurã sue cõstructio-
nis excrescat. Nec tamẽ ita electos
oẽs subtrahi credim⁹: vt soli in mũ
do puersi remaneãt. Quia nunq̄ꝫ
peccatores ad lamentũ penitẽtie re
diret: si nulla essent bonorũ exẽpla:
q̄ eorũ mẽtes traherẽt. Petrus.

INcassuz subtrahi bonos q̄-
ror: q̄ cateruatim pire ⁊ ma-
los video. De visione redempti
ferẽtine citat̃ epi. Ca. xxxv. Grego.

HAc de re petre nihil mireris.
Nam redẽptuz ferẽtine ciui-
tatis epm̄ vite venerabilis virum q̄
ante hos annos fere septẽ ex h̄ mũ
do migrauit: tua dilectio cognituz

habuit. Hic sicut mihi adhuc i monasterio posito familiarit iūgebat hoc qđ iohānis iunioris pdecessoris mei tpe de mūdi fine cognouerat: sicut lōge lateqȝ claruerat a me reqsitus mihi ipse narrabat. Aiebat nāqȝ: qȝ quodā die dū prochias suas ex more circuiret: peruenit ad ecclesiā bti martyris euticij. Ad uespascente aūt die: stratū sibi fieri iuxta sepulchruȝ martyris voluit: atqȝ ibi post laborē qeuit. Cū nocte media vt asserebat: nec dormiebat nec pfecte vigilare poterat: sȝ depssus vt solȝ sōno ḡuabat quodā pōdere vigilās anim᷒: atqȝ aā eū idē beat᷒ martyr euticius astitit dicēs: Redēpte vigilas? Cui rńdit. Uigilo. Qui ait. Finis venit vniuerse carnis. Finis venit vniūse carnis. Finis venit vniuerse carnis. Post quā autē vocē: visio martyris q̄ ei᷒ mentis oculis apparebat euanuit. Tūc vir dñi surrexit: seqȝ i orōnis lamētū dedit. Mox eni illa terribilia in celo secuta sūt signa: vt i aera haste atqȝ acies ignee ab aqlonis pte viderent. Mox effera lōgobardoꝝ gēs de vagina sue habitatiōis educta i nostra ceruice crassata est. Atqȝ humanū gen᷒ qđ i hac terra p̄ multitudine nimia: q̄si spice segetis more surrexerat: succisuȝ aruit. Naȝ depopulate vrbes: euersa castra: concremate ecclesie: destructa sūt monasteria viroꝝ atqȝ femiaꝝ: desolata p̄dia ab hoibus atqȝ ab oi cultura destituta: in solitudie vacat terra: nullus hāc possessor inhītat. Occupauerunt bestie loca q̄ prius multitudo hoium tenebat. Et qđ i alijs mūdi ptib᷒ agat ignoro. Nā in hac terra in q̄ nos viuimus: finē suū mūdus nō iā nūciat: sȝ ostēdit. Tāto ergo nos necesse ē instātius eterna q̄rere: quāto a nobis cognoscim᷒ velociter tpalia fugisse. Despiciendus a nobis hic mūdus fuerat etiā si blandiret: si reb᷒ ꝓsperis demulceret aium. At postq̄ tot flagellis pmit: tāta aduersitate fatigat: tot nobis q̄tidie dolores igeminat quid nobis aliud q̄ ne diligat clamat? Multa aūt fuerāt que adhuc de electoruȝ factis narrari debuissent: sed hec silētio supprimo: qȝ ad alia festino. Petrus.

QUia multos intra scē ecclesie gremiū cōstitutos de vita aie post mortē carnis ppēdo dubitare: q̄so vt debeas vel q̄ ex rōne suppetūt: vel si q̄ aiarū exēpla aio occurrūt: ꝓ multoꝝ edificatiōe dicere: vt hi q̄ suspicātur discant cū carne aiam non finiri. Gregorius.

LAboriosuȝ valde hoc op᷒ ē: ⁊ maxime occupato aio atqȝ ad alia tendēti. Sȝ si sunt q̄bus ꝓdesse valeat: volūtatē meā ꝓculdubio postpono vtilitati ꝓximoꝝ: ⁊ ⁊ in q̄tum deo largiēte valuero: q̄ aia post mortē carnis viuat: sb̄seq̄nti hꝰ q̄rto volumine demōstrabo.

Explicit liber Tertius.

Incipit liber Quartus.

Quod eterna supplicia ideo a carnalibus minus credantur: quia ea que audiunt per experimentum minime nouerunt; que etiam videri non possunt. Cap. i.

Postquam de paradisi gaudijs culpa exigente expulsus est primus humani generis parens in huius exilij atque cecitatis quam patimur erumnam venit: quia peccando extra semetipsum fusus: iam illa celestis patrie gaudia que prius contemplabatur videre non potuit. In paradiso quippe homo assueuerat verbis dei perfrui: beatorum angelorum spiritibus cordis mundicia et celsitudine visionis interesse. Sed postquam huc cecidit: ab illo quo implebatur mentis lumine recessit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilij cecitate nati: audimus quidem esse celestem patriam: audimus eius ciues angelos dei: audimus eorundem angelorum socios spiritus iustorum et perfectorum: sed carnales quippe quia illa inuisibilia scire non valent per experimentum: dubitant vtrum ne sit quod corporalibus oculis non videt. Que nimirum dubietas primo parenti nostro esse non potuit: quia exclusus a paradisi gaudijs hoc quod amiserat quia viderat recolebat. Hi autem sentire vel recolere audita non possunt: quia eorum nullus sicut ille saltem de preterito experimentum tenet. Ac si pregnans mulier mittatur in carcerem ibique puerum pariat: qui natus puer in carcere nutriatur et crescat. Cui si fortasse mater quam hunc genuit: solem: lunam: stellas: montes et campos: aues volantes: currentes equos nominet. Ille vero qui est in carcere natus et nutritus: nihil aliud quam tenebras carceris sciat: et hec quidem esse audiat. Sed quia ea per experimentum non nouit: veraciter esse diffidat. Ita in hac exilij sui cecitate nati homines: dum esse summa et inuisibilia audiunt: diffidunt an vera sint quia sola hec infima in quibus nati sunt visibilia nouerunt. Unde factum est: vt ipse visibilium et inuisibilium creator ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret: et spiritum sanctum ad corda nostra mitteret: quatenus per eum viuificati credere mus que adhuc scire experimento non possumus. Quotquot ergo hunc spiritum hereditatis nostre pignus accepimus: de vita inuisibilium non dubitamus. Quisquis autem in hac credulitate adhuc solidus non est: debet procul dubio maiorum dictis fidem prebere eisque iam per spiritum sanctum inuisibilium experimentum habentibus credere. Quia et stultus est puer si matrem ideo estimat de luce mentiri: quia ipse nihil aliud quam tenebras carceris agnouit. Petrus.

Placet valde quod dicis. Sed qui esse inuisibilia non credit: pro

fecto infidelis est. Qui vero infidelis est: in eo qd dubitat fidē. nō querit: sed ratione3. Q sine fide neq3 infidelis viuat. Ca. ij. Grego.

Audenter dico: quia sine fide neq3 infidelis viuit. Nam si eūdem infidelē pcunctari voluero quē patrē vel quā matrē habuerit: ptinus respōdet. Illum atq3 illa3. Quē si statim requirā vtru3 ne nouerit quādo cceptus sit: vel viderit quādo nat9: nihil hor3 se vel nosse vel vidisse fatebit: 7 tamē qd nō vidit credit. Nam illū patrē illāq3 se habuisse matrē absq3 dubitatione testatur. Petrus.

Fateor q2 nūc vsq3 nesciui: qd 7 infidelis haberet fidem. Gregori9.

Habent etia3 infideles fide3: sed vtinā in deū: quā si vtiq3 haberēt: infideles non essent. Sed hinc in sua pfidia redarguēdi sunt: hinc ad fidei gratiā prouocādi: q2 si de ipso suo visibili corpore credūt: qd minime viderunt cur inuisibilia nō credūt q corporaliter videre nō possunt. Nam quia post mortē carnis viuat aīa: patet ratio: sed fidei admixta.

Q tres vitales spiritus sunt creati. Cap. iij.

Tres quippe spirit9 creauit oīpotens deus. Unu3 q carne nō tegitur. Alium qui carne tegitur: sed nō cū carne morit. Tertium qui carne tegitur 7 cum carne moritur. Spūs nāq3 qui carne nō tegitur: est angelorū. Spūs q carne tegit: sed cū carne nō moritur: hominū. Spūs qui carne tegit 7 cū carne morit: iumentor omniq3 brutorū aīalium. Homo itaq3 sicut in medio creatus est vt esset iferior angelo: supior iumēto: ita habet aliquid cōmune cū summo: aliqd cōe cum infimo. Immortalitatē scil3 spiritus cu3 angelo: mortalitatē vero carnis cū iumēto: quousq3 7 ipsam mortalitatē carnis gloria3 resurrectionis absorbeat: 7 inherēdo spūi caro seruetur in perpetuū: q2 7 ipse spūs inherendo carni: seruatur in deū. Que tamē caro nec ī reprobis inter supplicia pfecte deficit: q2 semp deficiēdo subsistit: vt q spū 7 carne peccauerūt: semp eēntialit viuētes: 7 carne 7 spū sine fine moriāt.

De questione salomonis qua dicit: vnus est interitus hoīs 7 iumētorum. Cap. iiij. Petrus.

Rationi fidelium placēt cūcta que dicis: sed queso te dū spiritus hominū atq3 iumentorū tāta distinctione discernas: quid est qd salomon ait: dixi in corde meo de filijs hominū vt pbaret eos deus: 7 ostēderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hominis 7 iumētorum: 7 equa vtriusq3 conditio. Qui adhuc eādem sententiam suam subtiliter exequens: adiungit. Sicut moritur homo: sic 7 illa moriuntur. Similiter spirant omnia: et nihil habet homo iumen-

tis amplius. Quibus adhuc ver/bis generalē diffinitionē subinfert dicens. Cuncta subiacēt vanitati: ⁊ omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt: ⁊ in terra pariter reuertuntur. Gregorius.

Salomonis liber in quo hec scripta sunt: ecclesiastes appellatus est. Ecclesiastes aūt ꝓprie cōcionator dicitur. In cōcione vero sententia ꝓmitur: p quā tumultuose turbe seditio cōprimatur. Et cū multi diuersa sentiāt: p cōcionātes ratione ad vnam sententiā perducūtur. Hic igitur liber idcirco cōcionator dicitur: quia salomō in eo quasi tumultuantis turbe suscepit sensum: vt ea p inquisitionez dicat: que fortasse p temptationē imperita mens sentiat. Nam quot sentētias quasi p inquisitionē mouet: quasi tot in se ꝑsonas diuersoꝝ suscipit. Sed concionator verax velut extēsa manu omnium tumultus sedat: eosq; ad vnam sententiā reuocat: cum in eiusdē libri termino ait. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time: ⁊ mandata eius obserua: hoc ē omīs homo. Si enī in libro eodem per locutionem suā multoꝝ personas non susceperat: cur ad audiendū loquēdi finē secū pariter omnes admonebat? Quia igitur in fine libri dicit omnes pariter audiamus: ipse sibi testis est: qr in se multoꝝ ꝑsonas suscipiēs: q̄si solus locutus non est. Unde ⁊ alia sunt q̄ in libro eodem p inquisitionem mouentur: atq; alia que p rationē satisfaciunt: alia q̄ ex tēptati profert animo: atq; adhuc huius mundi delectationibus dediti: alia vero in quibus ea q̄ rationis sunt disserat: atq; animū a delectatione compescat. Ibi nāq; ait. Hoc itaq; mihi visum ē bonū: vt cōedat q̄s ⁊ bibat: ⁊ fruat̄ leticia ex labore suo. Et lōge inferius subiūgit. Melius est ire ad domum luctus: q̄ ad domum cōuiuij. Si enī bonū est māducare ⁊ bibere: melius fuisse videbatur ad domū conuiuij ꝑgere: q̄ ad domū luctus. Ex qua re ostēditur qr illud ex infirmantiū persona intulit: hoc vero ex rationis diffinitione subiūxit. Nam ipsas ꝑtinus ratiōis causas edisserit: ⁊ de domo luctus q̄ sit vtilitas ostendit dicēs. In illa enim finis cūctorum admonetur hominū: ⁊ viuēs cogitat q̄d futuruz sit. Rursum illic scriptum est. Letare iuuenis in adolescentia tua: ⁊ paulo post subditur. Adolescentia enim ⁊ voluptas vana sunt. Qui dum hoc postmodū vanū esse redarguit q̄d prius ammonuisse videbatur: patenter indicat: quia illa quasi ex desiderio carnali verba intulit. Hec vo ex iudicij veritate vel ratione subiūxit. Sicut ergo delectationez prius carnaliū exprimēs curis postpositis denūciat bonum esse māducare ⁊ bibere: quod tamē postmodū ex iudicij ratione repre/

hendit: cum eſſe melius dicit ire ad
domum luctus ꝙ ad domū ↄuiuij.
Et ſicut letari debere iuuenē in ado
leſcentia ſua quaſi ex deliberatione
carnaliū ꝓponit: ⁊ tamen poſtmo-
dum ꝑ definitionē ſentētie adoleſcē
tiam ⁊ voluptatē vanam eſſe redar
guit: ita etiam cōcionator noſter ve
lut ex mente infirmātium humane
ſuſpitionis ſentētiam ꝓponit dum
dicit: vnus interitus eſt hoīs ⁊ iu-
mentorū: ⁊ equa vtriuſqꝫ cōditio.
Sicut moritur homo: ſic ⁊ illa mo
riuntur. Similiter ſpirant oīa: ⁊ ni
hil habet homo iumento amplius.
Qui tamē ex diffinitione rationis
ſuam poſtmodū ſententiā ꝓfert di
cens. Quid habet amplius ſapiēs
ſtulto? Et quid pauꝑ: niſi vt ꝑgat
illuc vbi eſt vita? Qui igit̄ dixit ni-
hil habet homo iumēto amplius:
ipſe rurſum definiuit: qꝛ habet ali-
quid ſapiens nō ſolum amplius iu
mento: ſed etiam ab hoīe ſtulto: vi-
delꝫ vt ꝑgat illuc vbi eſt vita. Qui-
bus verbis primū indicat: quia ho
minuꝫ hic vita nō eſt: quā eſſe alibi
teſtatur. Habet ergo hoc amplius
iumētis: ꝙ illa poſt mortem nō vi-
uunt: hic vero tūc viuere inchoat:
cum ꝑ mortem carnis hanc viſibilē
vitam cōſumat. Qui etiaꝫ longe in-
ferius dicit. Quodcūqꝫ poteſt ma-
nus tua facere inſtanter oꝑare: qꝛ
nec opus: nec rō: nec ſciētia: nec ſa
pientia erit apud inferos quo tu ꝓ
peras. Quomodo ergo vnus inte
ritus eſt hominis ⁊ iumēti: ⁊ equa
vtriuſqꝫ conditio? Aut quomodo
nil habet homo iumētis amplius:
cum iumēta poſt mortē carnis non
viuāt? Hominū vero ſpūs pro ma
lis ſuis oꝑibus: poſt mortē carnis
ad inferos ducti: nec in ipſa morte
moriūtur: ſed in vtraqꝫ tam diſpa-
ri ſentētia demōſtratur: qꝛ cōciona
tor verax ⁊ illud ex tēptatione car-
nali intulit: ⁊ hoc poſtmodū ex ſpe
ciali veritate definiuit. Petrus.

Libet me neſciſſe quod requi-
ſiui: duꝫ me in tāta ſubtilitate
contigit diſcere quod neſciui. Sed
queſo te vt me equanimiter feras:
ſi ipſe quoqꝫ apud te more eccleſia-
ſtes noſtri infirmantiū in me ꝑſo-
nam ſuſcepero: vt eiſdē infirmanti
bus ꝓdeſſe ꝓpinquis: q̄ſi ꝑ eoruꝫ
inquiſitionē poſſim. Gregorius.

Qur condeſcēdentē te infirmi
tati proximorū equanimiter
nō feraꝫ: cū paulus dicat: Omnia
oībus factus ſum: vt omnes facerē
ſaluos? Quod ipſe quoqꝫ dum ex cō-
deſcenſiōe charitatis egeris: ī hac
re amplius venerari debes: in qua
moreꝫ egregij p̄dicatoris imitaris.

De queſtione anime manētis in
corpore. Cap̄.v. Petrus.

Quodaꝫ fratre moriēte me p̄-
ſentē fuiſſe cōtigit: qui repēte
dum loqueret̄ vitalē emiſit flatuꝫ.
Et quē prius mecū loquentē vide-
bam ſubito extinctū vidi: ſed eius
aīa vtrum egreſſa ſit: an nō egreſſa

sit nō vidi. Et valde durum videt vt credatur res esse: quā nullus valet videre. Gregorius.

Quid mirū petre si egredientē animā nō vidisti: quā et manē tem in corpore nō vides. Nūquid nam modo cū mecū loqueris: quia videre in me nō vales animā meā: idcirco me exanimē credis? Natura quippe anime inuisibilis est: atqz ita ex corpore inuisibiliter egredit sicut in corpore inuisibiliter manet.

Sed vitā aīe in corpo Petr⁹. re manētis pensare possuz ex ipsis motib⁹ corporis: qr nisi corpori aīa adheserit eiusdem mēbra corporis moueri nō possent. Vitā vero anime post carnē qbus motib⁹ qbusue opibus sit nō video: sed vt ex rebus visibilib⁹ esse colligā qđ videre nō possum exposco.

Qr vita anime sicut deprehēditur ex motu mēbrorū: sic vita aīe post corpus i. sanctis pēsanda est ex virtute miraculorum. Cap. vi.

Non qdē similiter: Gregori⁹. sz dissimiliter dico: quia sicut vis anime viuificat et mouet corp⁹: sic vis diuina implet q̄ creauit oīa: et alia inspirādo viuificat: alijs tribuit vt viuāt: alijs vero hoc solum modo pstat vt sint. Quia vero esse nō dubitas creātē et regētē: implētem et circūplectentē: trāscēdentē et sustinētē: incircūspictū atqz inuisibilem deū: ita dubitare non debes hūc inuisibilia obseqa habere. Debent qppe ea q̄ ministrāt ad ei⁹ similitudinē tēdere cui ministrāt: vt q̄ inuisibili seruiūt: esse inuisibilia nō dubitēt. Hec aūt q̄ eē credim⁹: nisi sanctos angelos et spirit⁹ iustorū? Sicut ergo ex motu cōsiderās corporis: vitā anime in corpe manētis ppēdis animo: ita vitā aīe exeūtis a corpore ppēdere debes a summo qr pōt inuisibiliter viuere: quā oportet in obsequio inuisibilis conditoris manere. Petrus.

Recte totū dicit: sed mēs refugit credere: qđ corporeis oculis nō valet videre. Gregorius.

Cum paulus apostol⁹ dicat: est eni fides sperandarū substātia rerū argumētū nō apparētiū hoc veraciter dicit credi: qđ nō valet videri. Nam credi iā nō pōt qđ videri potest. Ut tamē te breuiter reducā ad te: nulla visibilia nisi per inuisibilia vident. Ecce enim cūcta corporea oculus tui corporis aspicit: nec tamē ipse corporeus aliquid corporeū videret: nisi hūc res incorporea ad vidēdū acueret. Nā tolle mentē q̄ nō videtur: incassum patet oculus q̄ videbat. Subtrahe animā corpori: remanent pculdubio oculi in corpore apti. Si igit p se videbant: cur discedente aīa nihil vidēt. Hic ergo collige: qr ipsa q̄qz visibilia: nō nisi p inuisibilia videntur. Ponamus quoqz ante oculos mētis edificare domū: imēsas moles leuare: pendere magnas in ma-

chinis colūnas: quis queso te hoc opus opatur: corpus visibile qd illas moles manibus trahit: an inuisibilis aīa q̄ viuificat corp⁹? Tolle enī qd nō videt in corpore: ⁊ mox immobilia remanēt cūcta que moueri videbant visibilia corpora metallorum. Qua ex re pensandū est: q2 in hūc quoqȝ mundū visibile nihil nisi p creaturā inuisibilez dispони potest. Nam sicut omnipotens deus aspirādo vel implēdo ea q̄ rationi subsistūt: ⁊ viuificat ⁊ mouet inuisibilia: ita ipsa quoqȝ visibilia implendo mouēt: atqȝ sensu viuificant carnalia corpora q̄ videntur.

Petr⁹. Satis fateor allegationibus libēter victus: ppe nulla iā esse hec visibilia existimare compellor: qui prius in me infirmātium psonas suscipiēs: de inuisibilibus dubitabā. Itaqȝ placent cūcta que dicis: sed tamē sicut vitam aīe in corpore manētis ex motu corporis agnosco: ita vitam aīe post corpus aptis quibusdā rebus attestantibus agnoscere cupio.

Gregori⁹. Ac in re si cor paratū tue dilectionis iuenio: in allegatiōe minime laboro. Nunq̄d naz sancti apostoli ⁊ martyres christi p̄sentez vitam despicerent: in morte carnis animas ponerent: nisi certiorē animarum vitaz subsequi scirent? Tu vero ipe inquies: quia vitaz anime in corpore manētis ex motibus corporis agnoscis: ⁊ ecce hi qui aīas in morte posuerūt: atqȝ animarū vitam post mortē carnis esse crediderunt: quotidianis miraculis coruscant. Ad extincta nāqȝ corpora eorum viuētes egri veniūt ⁊ sanant: periuri veniūt ⁊ demonio vexant: demoniaci veniūt ⁊ liberātur. Leprosi veniunt ⁊ mūdantur: deferūtur mortui ⁊ suscitant. Pensa itaqȝ eorum anime qualiter viuunt: illic vbi viuūt: quorū hic ⁊ mortua corpora ī tot miraculis viuūt. Si igit vitam anime manentis in corpore deprehēdis ex motu membrorum: cur nō perpēdis vitam anime post corpus etiam p ossa mortua in virtute miraculorū?

Petrus. Ulla vt opinor huic allegationi ratio obsistit: in qua ex rebus visibilibus cogimur credere quod non videmus.

De egressib⁹ animarū. Ca. vij.

Gregorius. Paulo superius questus es morientis cuiusdā egrediētem te animaz non vidisse: sed hoc ipsum iam culpe fuit: quod corporeis oculis rem videre inuisibilem quesisti. Nam multi nostrorum mētis oculum fide pura ⁊ vberi ratione mūdantes: egrediētes e carne animas frequēter viderunt. Unde mihi nūc necesse est vel qualiter egrediētes anime vise sint: vel quanta ipse dum egrederētur viderint enarrare: quatenus fluctuanti animo qd plene ratio nō valet: exēpla suadeant.

De egressu germani capuani episcopi. Cap. viij.

IN secundo nāq; huius opis libro iam p̄fatus sum: q̄ vir venerabilis benedictus sicut a fidelibus eius discipulis agnoui: lōge a capuana vrbe positus: germani eiusdem vrbis ep̄i aiam: nocte media in globo igneo ad celū ferri ab angelis aspexit. Qui eādem quoq; ascendentē aiam intuens: mētis laxato sinu: quasi sub vno solis radio cunctum in suis oculis mūdum collectum vidit.

De egressu anime speciosi monachi. Cap. ix.

EIsdem quoq; discipulis illi⁹ narrātibus didici: q̄ duo nobiles viri atq; exterioribus studijs eruditi germani fratres: quoꝝ vn⁹ speciosus alter vero gregorius dicebatur: eius se regule in sancta cōuersatione tradiderūt. Quos idem venerabilis pater ī monasterio: q̄d iuxta terracinēsem vrbē construxerat fecit habitare. Qui multas quidem pecunias in hoc mundo possederāt: sed cuncta paupibus ꝓ animarū suarū redēptione largiti sūt: ⁊ in eodē monasterio pmanserunt. Quorū vnus scilicet speciosus dū ꝓ vtilitate monasterij iuxta capuanam vrbē missus fuisset: die quadā frater eius gregorius cū fratribus ad mensam sedēs atq; cōuescēs p spiritū subleuatus aspexit: ⁊ vidit speciosi germani sui animā tam lōge a se positi de corpore exire. Qd̄ mox fratribus idicauit: ⁊ cucurrit: iamq; eundē fratrem sepultū repperit: quē tamen ea hora qua viderat exisse de corpore inuenit.

De aīa inclausi cuiusdā. Cap. x.

QUidam autē religiosus atq; fidelissimus vir: adhuc mihi in monasterio posito narrauit: q̄ aliqui de sicilie partib⁹ nauigio romam petētes: in medio mari positi cuiusdā serui dei qui in samnio fuerat inclusus: ad celum ferri animā viderūt. Qui descēdentes ad terrā causamq; an ita esset acta pscrutātes: illo die inuenerūt obijsse dei famulum: quo hūc ad regna celestia ascendisse cognouerunt.

De egressu aīe spei abbatis. Ca. xi.

ADhuc in monasterio meo positus: cuiusdam venerabilis viri relatione cognoui quod dico. Aiebat enī quia venerabilis pater nomine spes monasteriū cōstruxit in loco cui vocabulum cample est: qui sexti miliarij interiacente spatio a vetusta nursie vrbe disiungitur. Hunc omnipotēs ⁊ misericors deus ab eterno verbere flagellādo protexit: eiq; dispēsationis sue maximā seueritatē seruauit ⁊ gratiā. Quantūq; eū prius flagellādo diligeret: postmodum pfecte sanādo monstrauit. Eius nāq; oculos per quadraginta annoꝝ spaciū ꝯtinue cecitatis tenebris p̄ssit: nullū ei lumen vel extreme visionis aperiēs.

Sed q2 nemo in verbere illius gr̃a se destituente subsistit: ⁊ nisi idez misericors deus qui penã irrogat patientiã prestet: mox p impatientiaz peccatũ nobis ipsa auget correptio peccatorũ. Fitqz modo miserabili vt culpa nostra vnde spare debuit terminũ: inde sumat augmentum. Idcirco nostra deus infirma cõspiciens: flagellis suis custodiaz pmiscet: atqz in pcussione sua electis filijs nunc misericorditer iustus est: vt sint qbus postea debeat iuste misereri. Unde venerabilẽ senẽ dum exterioꝛib⁹ tenebris pmeret: interna nunq̃ luce destituit. Qui cuz flagello fatigaret᷑ corporis: habebat per sancti spũs custodiam consolationem cordis. Cum vero iam anni quadragesimi fuisset in cecitate tempus exemptũ: ei domin⁹ lumẽ reddidit: vicinũ suũ obitum denũciauit: atqz vt monasterijs circunqꝫ cõstructis verbũ vite pdicaret admonuit: quaten⁹ corporis recepto lumine: visitatis in circũitu fratribus: cordis lumẽ aperiret. Qui statim iussis obtẽperans fratrũ cenobia circũiuit: mãdata vite que agendo didicerat pdicauit. Quintodecimo igitur die: ad monasteriũ suum pacta pdicatione reuersus est. Ibiqz fratribus cõuocatis astans ĩ medio sacramentũ dominici corporis ⁊ sanguinis sumpsit: moxqꝫ cũ eis mysticos psalmoꝝ cantus exorsus est. Qui illis psallentibus orationi intẽtus aĩam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam viderũt: que mox apto tecto oratorij egressa aspicientibus fratribus penetrauit celum. Cuius idcirco aĩam in columbe specie apparuisse credendũ est: vt omnipotens deus ex hac ipsa specie ostenderet eis: vir ille q̃ simplici corde seruisset.

De egressu anime presbyteri vrsini. Cap. xij. Gregorius.

SEd neqꝫ hoc sileam qđ vir venerabilis abbas stephanus: qui non longe ante hoc in hac vrbe defunctus est: quẽ ipse etiã bene nosti: in eadem puincia nursie cõtigisse referebat. Aieb᷑at eni᷑ q illic psbyter quidã cõmissam sibi cuz magno timore regebat ecclesiã. Qui ex tẽpore ordinis accepti: presbyteram suam vt sororem diligẽs: sed quasi hostem cauẽs: ad se propius accedere nunq̃ sinebat. Eamqꝫ sibimet ppinquare nulla occasione pmittens: ab ea sibi cõmunionem funditus familiaritatis absciderat. Habent qppe sancti viri hoc pprium. Nam vt semp ab illicitis longe sint a se plerũqꝫ etiam licita abscindũt. Unde idem vir ne vnq̃ p eam incurreret culpã: sibi etiam ministrari p illam recusabat necessaria. Hic quoqꝫ venerabilis presbyter cũ lõgam vite implesset etatẽ: anno quadragesimo ordinationis sue: inardescente grauiter febre correptus:

ad extrema deductus est. Sed cuz eum sanctimonialis presbytera sua conspiceret solutis iam membris: quasi in morte distensum: si quod adhuc ei vitale spiramē inesset: naribus eius apposita curauit aure dignoscere. Quod ille sentiens cui tenuissimus inerat flatus: quantulo annisu valuit vt loqui potuisset inferuescente spiritu collegit vocē: atqz erupit dicens. Recede a me mulier: adhuc igniculus viuit: paleam tolle. Illa igitur recedēte: crescente virtute corporis cum magna cepit leticia clamare dicens: Bene veniant domini mei: bene veniant domini mei. Quid ad tantillu seruulum vestrum estis dignati cō uenire? Venio: venio: gratias ago gratias ago. Cūqz hoc iterata crebra voce repeteret: quibus hoc diceret noti sui qui illum circunstete rant requirebant. Quibus ille admirando respondit dicens. Nunquid conuenisse hic sanctos apostolos non videtis? Beatum petrum ⁊ paulum primos apostolorum nō aspicitis? Ad quos iterum cōuersus dicebat. Ecce venio: ecce venio. Atqz inter hec verba animam reddidit. Et quia veraciter sanctos apostolos viderit: eos etiam sequē do testatus est. Quod plerūqz cōtingit iustis: vt in morte sua sanctorum precedentium visiones aspiciant: ne in ipsa morte sua penalem sentētiam pertimescāt. Sed dum eorum mēti internorū ciuium societas ostenditur: a carnis sue copula sine doloris et formidinis fatigatione soluantur.

De anima probi reatine ciuitatis episcopi. Cap. xiij.

Qua de re neqz hoc sileam: quod probus omnipotentis dei famulus qui nunc in hac vrbe in monasterio presto est quod appellatur renati: de probo patruo suo reatine ciuitatis episcopo: mihi narrare consueuit dicēs. Quia appropinquante vite eius termino euz grauissima depressit egritudo. Cuius pater nomine maximus pueris circumquaqz transmissis colligere medicos studuit: si fortasse eiꝰ molestie subuenire potuissent. Sz congregatis ex vicinis locis medicis vndiqz: ad tactum vene denunciauerunt eius exitum citius affuturum. Cum vero iam tempus refectionis incumberet: atqz diei hora tardior excreuisset: venerandus episcopus de illorum potius q̄ de sua salute sollicitus: eos qui aderāt admonuit cum sene patre suo in superioris episcopij sui partes ascendere: seqz post laborem reficiendo reparare. Omnes igitur ascenderunt domū: vnus ei tm̄modo paruulus relictus est puer: quem nunc quoqz predictus probus asserit superesse. Qui dum lecto iacētis assisteret: subito aspexit intrātes ad virum dei quosdam viros stolis cādi

dis amictos: qui eũdem quoqꝫ cã-
dorem vestium: vultũ suorũ luce
vincebãt. Qui ex splendoris eorũ
claritate pculsus quinaꝫ illi essent:
emissa cepit voce clamare. Qua vo
ce etiã probus episcopus cõmotus
eos intrãtes aspexit⁊ agnouit atqꝫ
eũdem stridẽtem vagientẽqꝫ pue-
rum cõsolari cepit dicẽs. Noli ti-
mere: quia ad me sanctus iuuena-
lis ⁊ sanctus eleutherius venerũt.
Ille autem tante visionis nouitateꝫ
nõ ferens: cursu cõcito extra fores
fugit: atqꝫ eos quos viderat patri
ac medicis denũciauit. Qui cõcite
descẽderũt: sed egrum quẽ relique
rant iam defunctũ inuenerũt. Quia
illi eum secum tulerãt: quorũ puer
visionem ferre non potuit: qui ibi
remansit.

De transitu galle ancille
dei. Cap. xiiij.

Interea neqꝫ hoc silendũ ar
bitror qđ mihi psonarũ gra
uium atqꝫ fideliũ est relatione com
pertum. Gothorum nãqꝫ tempori-
bus galla hu ius vrbis nobilissima
puella: simmachi ꝯsulis ac patricij
filia: intra adolescẽtie tempora ma
rito tradita in vni⁹ anni spacio ei⁹
est morte viduata. Quã dum feruẽ
te mũdi copia ad iterãdum thala-
mum ⁊ opes ⁊ etas vocarẽt: elegit
magis spũalibus nuptijs copulari
deo: in quibus a luctu incipitur: sed
ad gaudia eterna puenitur: ꝙ car-
nalibus nuptijs subijci: q̃ a leticia
semp incipiũt: ⁊ ad fineꝫ cum luctu
tendũt. Huic autẽ cum valde ignea
conspsio corporis inesset: ceperunt
medici dicere: qꝛ nisi ad amplexus
viriles rediret: calore nimio cõtra
naturam barbam esset habitura.
Quod ita quoqꝫ post factum est.
Sed sancta mulier nihil exterius
deformitatis timuit: que interioris
sponsi specieꝫ amauit. Nec veritas
est si hoc in illa fedaretur: qđ a cele
sti sponso in ea nõ amaret. Mox
ergo vt eius cõiunx defunctus est:
abiecto seculari habitu: ad omnipo
tentis dei seruitium sese apud beati
petri apostoli ecclesiaꝫ monasterio
tradidit: ibiqꝫ multis annis simpli
citati cordis atqꝫ orationi dedita:
larga indigẽtibus elemosynarum
opera impendit. Cumqꝫ omnipo-
tens deus perẽnem iam mercedem
reddere eius laboribus decreuis-
set: cancri vlcere in mamilla percus
sa est. Nocturno autem tempore
ante lectum illius duo candelabra
lucere consueuerant: quia videlicet
amica lucis: non solum spirituales
sed etiaꝫ corporales tenebras odio
habebat. Que dum nocte quadam
ex hac eadem infirmitate iaceret fa
tigata: vidit beatum petrum apo-
stolum inter vtraqꝫ cãdelabra ante
suum lectum constitisse. Nec pter-
rita timuit: sed ex amore sumẽs au-
daciam exultauit: eiqꝫ dixit. Quid
est domine me⁹? Dimissa sunt mihi
peccata mea? Cui ille benignissimi

vt est vultus: inclinato capite annuit dicens. Dimissa: veni. Sed qꝛ quandam sanctimonialem feminã in eodem monasterio pre ceteris diligebat. Ilico galla subiunxit. Rogo vt soror benedicta mecũ veniat. Cui ille respondit. Non: sed illa talis veniat. Hec vero quã petis die trigesimo te ẽ secutura. His igitur expletis visio apostoli assistentis ꝛ colloquentis ablata est. At illa ꝓtinus cũcte cõgregationis accersiuit matrẽ: eiqꝫ qđ viderit q̃due audierit indicauit. Tertio aũt die cũ ea q̃ iussa fuerat sorore defũcta est. Illa vero quã illa poposcerat: die est trigesimo subsecuta. Quod factum: nunc vsqꝫ in eodẽ monasterio manet memorabile. Sicqꝫ hoc a precedentibus matribus traditũ: narrare illic subtiliter solẽt iuniores: q̃ nũc sunt sanctimoniales virgines: acsi illo in tempore huic tam grandi miraculo ꝛ ipse affuissent.

De trãsitu seuuli paralitici. Cap. xv.

Sed inter hec sciẽdũ est: quia sepe animabus exeũtibus electoruꝫ dulcedo solet laudis celestis erumpere. Ut dum illa libẽter audiunt dissolutionem carnis: ab anima sentire minime ꝑmittãtur. Unde in homelijs quoqꝫ euãgelij iam narrasse memini: ꝙ in ea porticu q̃ euntibus ad ecclesiam beati clemẽtis est peruia: fuit quidaꝫ seruulus nomine: cuius vite te quoqꝫ nõ ambigo meminisse. Qui quidẽ pauꝑ rebus sed meritis diues erat: quẽ longa egritudo dissoluerat. Nam ex quo illũ scire potuimus: vsqꝫ ad finẽ vite paraliticus iacebat. Quid dicam: qꝛ stare non poterat q̃ nũq̃ in lecto surgere: vel ad sedendũ valebat. Nũq̃ manus ad os ducere: nunq̃ se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiendũ mater cũ fratre aderat: ꝛ quicq̃d ex elemosina potuisset accipe: hoc eorũ manibus paupib⁹ erogabat. Nequaq̃ litteras nouerat: sed scripture sacre sibimet codices emerat: ꝛ religiosos quosqꝫ in hospitalitate suscipiens: hos coraꝫ se legere studiose faciebat. Factumqꝫ est vt iuxta modum suũ plene sacram scripturã didicerit: cum vt diximus litteras fũditus ignoraret. Studebat semꝑ i doloribus gratias agere: hymnis deo ꝛ laudibus diebus ac noctib⁹ vacare. Sed cum iam tempus esset vt tanta eius patiẽtia remunerari debuisset: mẽbroruꝫ dolor ad vitalia redijt. Cumqꝫ se iam morti ꝓximum agnouit: peregrinos viros atqꝫ in hospitalitate susceptos ammonuit vt surgerẽt: ꝛ cum eo psalmos pro expectatiõe sui exitus decantarent. Cũqꝫ cum eis ꝛ ipse moriens psalleret: voces psallentiũ repente compescuit dicens: Tacete. Tacete. Nunquid nõ auditis quãte resonant laudes in celo? Et dum ad easdem laudes quas intus audierat aure cordis itẽderet: sancta

illa aīa carne soluta est. Qua scilicȝ exeunte: tāta illic fragrātia odoris aspsa est: vt oēs illi q̄ aderāt inestimabili suauitate replerētur: ita vt p h̄ patēter agnoscerēt q̄ eā laudes i celo suscepissent. Cui rei monach⁹ noster interfuit q̄ nūc vsqȝ viuit: ⁊ cū magno fletu attestari solet dicēs quia quousqȝ corp⁹ eius sepulture traderēt: ab eorū narib⁹ odoris illius fragrātia nō recessit. Ecce quo fine ex hac vita exijt: qui in hac vita flagella equanimiter tolerauit.

De transitu romule ancille dei. Ex eisdeȝ quoqȝ Cap. xvi.

In homelijs rē narrasse me recolo: cui speciosus cōpresbyter meus qȝ hāc nouerit me narrāte attestat⁹ est. Eo nāqȝ tēpore quo monasterium petij anus quedā redēpta nomine in sanctimoniali habitu cōstituta: in vrbe hac iuxta beate marie semp virginis ecclesiam manebat. Hec illi⁹ erūdinis discipula fuerat: que magis virtutibus pollens: sup pnestinos montes vitā heremiticā duxisse ferebat. Huic aūt redēpte due in eodem habitu discipule aderāt: vna noīe romula: ⁊ altera que nūc adhuc supest. Quā quidē facie scio: sed nomē ignoro. Tres itaqȝ he in vno habitaculo cōmanētes: morū quidem diuinijs plenam: sed tamē rebus paupem vitaȝ ducebāt. Hec autē quā p̄fatus sum romula aliam quā p̄dixi cōdiscipulaȝ suam magnis vite meritis āteibat. Erat quippe mire patientie: summe obedientie: custos oris sui ad silentiū: studiosa valde ad ꝯtinue orationis vsum. Sed quia plerūqȝ hi quos iam perfectos homines estimant: adhuc in oculis summi opificis aliquid impfectionis habent: sicut sepe impiti homines necdum pfecte scripta sigilla cōspicimus: ⁊ iaȝ q̄si perfecta laudamus. Que tamē adhuc artifex considerat ⁊ limat: laudari iam audit ⁊ tamen ea tundere meliorādo nō desinit. Hec quā pre dixim⁹ romula ea quā greco vocabulo medici paralisin vocāt: molestia corporali percussa ē. Multisqȝ annis in lectulo decubās: pene omni iacebat membrorum officio destituta: nec tamen hec eadē eius mentem ad impatiētiam flagella pduxerāt. Nam ipsa ei detrimenta mēbrorum: facta fuerant incrementa virtutuȝ. Quia tanto sollicitius ad vsum orationis excreuerat: quanto ⁊ aliud qd̄libet agere nequaq̄ valebat. Nocte igitur quadam candeȝ redēptā quā p̄fatus sum: q̄ vtrasqȝ discipulas suas filiaruȝ loco nutriebat: vocauit dicens. Mater veni: mater veni. Que mox cum alia ei⁹ condiscipula surrexit: sicut vtrisqȝ referentibus et multis res eadem daruit: ⁊ ego quoqȝ in eodem tempore agnoui. Cumqȝ noctis medio lectulo iacētis assisterēt: subito celitus lux emissa oē illius cellule spatium impleuit: ⁊ splēdor tāte clari

tatis emicuit: vt corda assistētium inestimabili pauore perstringeret: atq; vt post ipsi referebāt: omne in eis corpus obrigesceret vt in subito stupore remaneret. Cepit nāq; q̄si cuiusdam magne ingredientis multitudinis sonitus audiri: ostiū cellule cōcuti: ac si ingredientium turba p̄meretur. Atq; vt dicebāt intrātium multitudinem sentiebant: sed nimietate timoris et luminis exterrite videre nihil poterāt. Quia eaꝝ oculos et pauor depresserat: et ipsa tāti luminis claritas reuerberabat. Quam lucē protinus miri est odoris fragrātia subsecuta: ita vt earū animum quē lux emissa terruerat odoris suauitas refoueret. Sed cū vim claritatis illius ferre non possent: cepit eadem romula assistentē et tremētem redemptā suorum morum magistram: blanda voce consolari dicens. Noli timere mater: non morior modo. Cumq; hoc crebro diceret: paulatī lux que fuerat emissa subtracta est: sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicq; dies secūdus et tertius transiit: vt aspersa fragrantia odoris remaneret. Nocte igitur quarta: eandem magistram suam iterum vocauit. Qua veniente: viaticum petiit: et accepit. Necdum vero eadem redempta: vel alia eius discipula a lectulo iacentis abscesserant: et ecce subito in platea ante eiusdem cellule ostium duo chori psallentium constiterunt: et sicut se dicebāt sexus ex vocibus discreuisse: psalmodie cantus dicebant viri: et femine respondebant. Cūq; ante fores cellule exhiberentur celestes exequie: sancta illa anima carne soluta est. Qua ad celum ducta quāto chori psallentiū altius ascēdebant: tanto cepit psalmodie sonitus leuius audiri: quousq; et eiusdem psalmodie sonitus et odoris suauitas elongata finiretur.

De transitu tarsille sacre virginis. Cap. xvij. Gregorius.

Nonnunq̄ vero in cōsolatione egredientis aīe: ipse apparere solet auctor ac redēptor vite: vnde et hoc quod de tharsilla amita mea in homelijs euangelij dixisse me recolo replicabo. Que inter duas alias sorores suas: virtute cōtinue orationis: grauitate vite: singularitate abstinētie: ad culmē sanctitatis excreuerat. Huic per visionem felix attauus meus huius romane ecclesie ātistes apparuit: eiq; māsionem perpetue claritatis ostēdit dicens. Veni: quia in hac te lucis mansione suscipio. Que subsequenti mox febre correpta: ad diē peruenit extremū. Et sicut nobilibus feminis virisq; morientibus multi conueniūt: qui eorum proximos cōsolentur: eadem hora exitus ipsius multi viri ac femine eius lectulum circūsteterunt. Cum subito sursum illa respiciēs iesum veniētem vidit:

z cum magna animi aduersione ce
pit circũstantibus clamare dicens:
SCiendū quoq₃ est: q2 nōnū q̄ aīe adhuc in suis corporibus posite: penale aliqd de spūalibus vident. Quod tamē quibusdā ad edificationē suā: quibusdā vero ꝯtingere ad edificationē audientiū solet. Nam is de quo in homelijs cora₃ populo iam narrasse memini inquiet⁹ valde theodorus noīe puer fuit: qui in meū monasteriū fratrem suum necessitate magis q̄ voluntate secutus est. Cui nimirū grauis erat; si quis ꝓ sua aliquid salute loqueretur. Bona autē non solum facere: sed etia₃ audire nō poterat. Erat eni sup̱bus ⁊ lubricus: ⁊ si q̄ post hoc seculū seq̄retur vita nesciebat. Irridebat vero si q̄s illi hāc p̄dicare voluisset. Itaq₃ cū habitu seculari viuebat ī monasterio verbis leuis nutibus instabilis: mēte tumidus: veste cōpositus: actiōe dissipatus. Nunq̄ se ad sancte cōuersationis habitū venire: iurādo irascendo: defendendo: deridendo testabatur. In hac autē pestilentia q̄ nuper huius vrbis populū magna ex parte cōsumpsit: ꝑcussus in inguine est ꝑductus ad mortem. Cumq₃ extremum spm̄ ageret: cōuenerunt fratres vt egressu₃ illius orādo ꝓtegerēt. Iam corpus eius ab extrema fuerat ꝑte premortuu₃: in solo tm̄modo pectore vitalis adhuc calor anelabat. Cuncti autē fratres tāto ꝓ eo ceperūt enixius orare: quāto eū iam videbāt sub celeritate discedere. Cum repēte cepit eisdē fratribus assistētibus clamare: atq₃ cū magnis vocib⁹ orōnes eorū interrumpere dicēs. Recedite: ecce draconi ad deuorandū datus sum: qui ꝓpter vestrā p̄sentia₃ deuorare me nō pōt. Caput meu₃ in suo ore iam absorbuit: date locum vt nō me amplius cruciet: sed faciat qđ factur⁹ est. Si ei ad deuorandū datus su₃: quare propter vos moras patior? Tunc frēs ceperūt ei dicere. Quid est qđ loqueris frater: signū tibi scē crucis imprime. Respondebat ille cum magnis clamoribus dicens. Uolo me signare sed nō possu₃: q2 squamis hui⁹ draconis p̄mor. Cūq₃ hoc fratres audirent: ꝓstrati in terra cū lachrymis ceperūt pro ereptione illius vehemētius orare. Et ecce subito melioratus eger: cū magnis vocibus cepit clamare dicēs: Gratias deo. Ecce draco qui me ad deuorādū accepat fugit: orōnibus vr̄is expulsus: stare nō potuit. Pro pctis meis mō intercedite: q2 cōuerti paratus sum: ⁊ secularē vitā funditus relinq̄re. Homo ergo q̄ sicut iam dictū est ab extrema ꝑte corporis fuerat iam mortuus: reseruat⁹ ad vitā toto ad deū corde cōuersus est. Et postq̄ mutatus mēte diu est

flagellis attritus: tunc eius aia carne soluta est. At cōtra crisaurius sicut pbus ppinquus illius: cuius iam superius memoriā feci narrare ꝯsueuerat: vir in hoc mundo valde idoneus fuit: sed tantum plenus vitijs quantū rebus: supbia tumidus: carnis sue voluptatibus deditus: in acquirendis rebus auaritie fascibus accensus. Sed cū tot malis dñs finem ponere decreuisset: corporali hūc molestia pcussit. Qui ad extremum veniēs: eadē hora qua iam de corpore erat exiturus: aptis oculis vidit tetros et nigerrimos spūs coram se assistere: et vehemēter immi nere: vt ad inferni claustra eū raperent. Cepit tremere: pallescere: sudare: et magnis vocibus inducias petere: filiūq3 suū noie maximum: quē ipse monachus monachū vidit: nimijs et turbatis clamoribus vocare dicens. Maxime curre. Nunq̄ tibi mali aliquid feci: in fide tua me suscipe. Turbatus mox maximus affuit: lugens et pstrepens: familia cōuenit. Eos autē quos ille insistētes sibi grauiter tolerabat: ipsi malignos spūs videre nō poterāt: sed eorum presentiā in cōfusione in pallore ac tremore illius qui trahebatur videbāt. Pauore aūt tetre eorum imagines huc illucq3 vertebatur in lectulo: iacebat in sinistro latere: aspectus eorū ferre nō poterat: vertebatur ad parietē: ibi aderāt. Cūq3 ꝯstrictus nimis se relaxari iam posse desperaret: cepit magnis vocibus clamare. Inducias vel vsq3 mane. Inducias vel vsq3 mane. Sed cū hec clamaret: in ipsis vocibus de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimirum cōstat quod pro nobis ista nō pro se viderit: vt eius visio nobis pficiat: quos adhuc diuina patiētia lōganimiter expectat. Nam ille tetros spūs ante mortem vidisse et inducias petisse quid pfuit: q eas dem inducias quas petijt nō accepit:

Est etiā nūc apud nos athanasius hisaurie pīsbyter: qui diebus suis yconie rem terribilem narrat euenisse. Ibi nāq3 vt ait est quoddā monasteriū qd tōgalaē hō dicitur: in quo quidā monachus magne estimationis habebatur. Bonis quippe cernebatur moribus: atq3 in oī sua actione cōpositus. Sed sicut ex fine res patuit: longe aliter quē apparebat fuit. Nam cum se ieiunare cū fratribus demōstraret: occulte māducare cōsueuerat. Quod eius vitium fratres oīno nesciebāt. Sed corporis supueniente molestia: ad vite extrema pductus est. Qui cum iam esset in fine: fratres ad se oēs q monasterio aderāt: cōgregari fecit. At illi tali vt putabāt viro morīēti: magnū quid ac delectabile se ab eo audire crediderūt. Quibus ipse afflictus et tremēs cōpulsus est pdere cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit: Quādo me vobiscū ieiunare credebatis: occulte comede-

bam. Et ecce nūc ad deuorandum draconi sum tradit⁹: qui cauda sua mea genua pedesq3 colligauit. Caput vero suū intra os meū mittēs: spm̄ meū ebibēs abstrahit. Quib⁹ dictis: statim defunctus est: atq3 vt penitēdo liberari potuisset: a dracone quē viderat expectat⁹ nō ē. Qd̄ nimirū constat: q2 ad solā vtilitatē audientiū viderit: q̄ eum hostē cui tradit⁹ fuerat: 7 inotuit 7 nō euasit.

Doceri veliz: si post Petrus. mortez purgatori⁹ ignis esse credendus sit?

An post mortē purgatori⁹ ignis sit. Cap̄. xli. Gregorius.

In euangelio dn̄s dicit. Ambulate duz lucē habetis. Per prophetā quoq3 ait. Tēpore accepto exaudiui te: 7 in die salutis adiuui te. Qd̄ paulus apostolus exponens dicit. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Salomon quoq3 ait. Quodcūq3 pōt manus tua facere instanter opare: q2 nec opus nec ratio: nec sapiētia nec sciētia erit apud inferos: quo tu pperas. Dauid quoq3 ait. Qm̄ in seculū misicordia eius. Ex q̄bus nimirū sentētijs ꝯstat: q2 qualis hinc quisq3 egredit᷑: talis in iudicio presentatur. Sed tn̄ de quibusdā leuibus culpis esse ante iudiciū purgatori⁹ ignis credēdus ē: pro eo ꝙ veritas dicit: q2 si q̄s in spūsancto blasphemiā dixerit: neq3 in hoc seculo neq3 in futuro remittet᷑ ei. In qua sentētia datur intelligi quasdā culpas in hoc seculo: quasdaz vero in futuro posse relaxari. Qd̄ enim de vno negat᷑: ꝯsequens intellect⁹ patet: q2 de quibusdā cōceditur. Sed tamē vt pdixi hoc de paruis minimisq3 peccatis fieri posse credēduz est. Sicut est assiduus ociosus sermo: immoderat⁹ risus: vel peccatū cure rei familiaris: q̄ vix sine culpa vel ab his agit᷑ q̄ a culpa q̄liter declinari debeat sciūt. Aut i nō grauibus rebus error ignorātie: q̄ cūcta etiam post mortē grauāt: si in hac vita positis minime fuerint relaxata. Nam cum paulus dicat xp̄m eē fundamētū: atq3 subiūgat: si q̄s superedificauerit sup hoc fundamentū aurū: argentū: lapides preciosos: ligna: fenū: stipulam: vniuscuiusq3 opus quale sit ignis pbabit. Si cuius opus mā serit: qd̄ supedificauit mercedē accipiet. Si cui⁹ opus arserit: detrimentū patiet᷑. Ipse autē salu⁹ erit: sic tn̄ quasi p ignē. Quāuis hoc de igne tribulatiōis in hac vita nobis adhibito possit itelligi: tn̄ si q̄s de igne future purgationis accipiat: pensanduz sollicite est: q2 illū dixit p ignē posse saluari: nō q̄ sup hoc fundamentū: ferrū: es: vel plumbū edificat: idest pctā maiora 7 idcirco duriora atq3 tūc iaz insolubilia: sed ligna. fenū: stipulaz: idest pctā minima atq3 leuissima: q̄ ignis facile cōsumat. Hoc tamē sciendum est; q2 illic etiam de minimis nihil

quis purgationis obtinebit nisi bo
nis hoc actib⁹ i hac adhuc vita posi
tus: vt illic obtineat ꝓmereatur.

De aĩa pascasij diaconi. Cap. xlij.

Nam cum adhuc essem iuuencu
lus atq3 in laico habitu cõsti
tutus narrari a maioribus atq3 sciẽ
tibus audiui: ꝙ pascasius hui⁹ apo
stolice sedis diaconus cuius apud
nos rectissimi ⁊ luculẽtissimi de spũ
sancto extant libri: mire sanctitatis
vir fuerit. Elemosynarũ maxie ope
ribus vacans: cultor pauperũ: ⁊ cõ
temptor sui. Sed hic in ea contẽtio
ne que inardescẽte ҫelo fideliũ inter
simachum atq3 laurẽtium facta est:
ad pontificatus ordine3 laurẽtium
elegit: ⁊ oĩum post vnanimitate su
peratus: in sua tamen sentẽtia vsq3
iuxta die3 sui exit⁹ ꝑstitit. Illũ amã
do atq3 preferẽdo: quẽ episcoporũ
iudicio ꝑesse sibi ecclesia refutauit.
Hic itaq3 cu3 temporibus simachi
apostolice sedis ꝑsulis esset defun
ctus: eius dalmaticã feretro suppo
sitam demoniacus tetigit statimq3
saluatus est. Post multũ vero tẽpo
ris germano capuano epo cui⁹ su
perius memoriã feci: medici ꝓ cor
poris sui salute dictauerãt vt i angu
lanis termis lauari debuisset. Qui
ingressus easdẽ termas: predictum
pascasiũ diaconẽ stantẽ ⁊ obsequẽ
tem in caloribus inuenit. Quo viso
vehemẽter timuit: ⁊ q̃d illic tantus
vir faceret inquisiuit. Cui ille respõ
dit. Pro nulla alia causa in hoc pe
nali loco deputatus sum: nisi q2 in
parte laurẽtij cõtra simachũ sensi.
Sed queso te pro me dominũ dep
care: atq3 in hoc cognosces ꝙ exau
ditus sis: si hic rediẽs me nõ inue
neris. Qua de re vir dñi german⁹
se in ꝑcibus strinxit: ⁊ post paucos
dies rediit: sed iam predictũ pasca
sium in loco code3 minime inuenit.
Quia eni non malicia sed ignorã
tie errore peccauerat: purgari post
mortẽ potuit a peccato. Qđ tamen
credẽdum est: q2 ex illa suarum ele
mosynaru3 largitate hoc obtinuit:
vt tunc potuisset ꝓmereri veniã: cũ
iam nihil posset opari. Petrus.

Quid est hoc queso te: ꝙ i his
extremis tẽporibus tam mul
ta de aĩabus darescũt: que ante la
tuerũt? Ita vt aptis reuelationib⁹
atq3 ostensionibus venturũ seculũ
iferre se nobis atq3 apire videat?

Cur in extremis tẽporibus tam
multa de aĩabus darescũt que ante
latuerũt. Cap. xliij. Gregori⁹.

Ita est. Nam quãto presens
seculũ ꝓpinquat ad fine3: tã
to futurũ seculũ ipsa iam ꝓpinqui
tate tangitur: ⁊ signis manifestiori
bus apitur. Quia eni in hoc cogita
tiones nostras vicissim minime vi
demus: in illo autẽ nostra in alter
utru3 corda ꝓspicimus. Quid hoc
seculũ nisi noctẽ? Et quid vẽturum
nisi die3 dixerim? Sed queadmo
dum cum nox finiri: ⁊ dies incipit
oriri: ante solis ortu3 simul aliquo

modo tenebre cũ luce cõmixte sunt quousqȝ descẽdentis noctis reliq̄e i lucẽ diei subsequẽtis pfecte vertã/tur: Ita huiꝰ mũdi finis iam cũ futuri seculi exordio pmiscetur: atqȝ ipse reliquiarũ eius tenebre quadã iam rerum spiritualiũ pmixtione trãslucent. Et que illius mũdi sunt multa iam cernimus: sed necdũ pfecte cognoscimꝰ: q2 quasi i quodã mẽtis crepusculo: hec velut ante solem videmus. Petrus.

P Lacet qđ dicis. Sed de tãto viro pascasio hoc animũ ad questionẽ mouet: q̄ post mortẽ ad penalem locum ductus est: cuius feretri vestis tangi potuit: ⁊ malignꝰ spiritus ab obsesso homine fugari.

H Ac in re magna Gregoriꝰ. debet omnipotẽtis dei dispẽsatio: ⁊ q̄ sit multiplex agnosci: cuius iudicio actum est: vt idem vir pascasius ⁊ ipse intus ad aliquantũ temporis reciperet qđ peccasset: ⁊ tamẽ ante humanos oculos mira p corpus suũ post mortẽ faceret: q̄ ante mortẽ eis quoqȝ cognoscentibus pia opa fecisset. Ut neqȝ hi q̄ bona eius opa viderant de elemosynarum illius estimatione fallerẽtur: neqȝ ipsi sine vltione laxaretur culpa: quã nec esse culpã credidit: ⁊ idcirco hãc fletibus nõ extinxit.

Ubi infernus esse credendus est. Cap. xliiij. Petrus.

P Erpendo qđ dicis. Uerũtamẽ hac rõne cõstrictus nõ solum q̄ intelligo: sed ipa etiã q̄ in me nõ intelligo cogor iam pctã formidare. Sed q̄so te q2 paulo supius sermo de locis penalibꝰ inferni versabatur: vbi nam esse infernũ putamus? Sup hãc terrã: an sub terra esse credendus est? Gregorius.

H Ac de re temere diffinire nil audeo. Nõnulli nãqȝ in quadam terrarũ pte infernũ esse putauerunt. Alij vero hũc sub terra esse estimãt. Sed tñ hoc animũ pulsat: q2 si idcirco infernũ dicimꝰ q2 inferius iacet quo terra ad celũ est: hoc esse inferiꝰ debet ad terrã. Unde ⁊ fortasse p psalmistã dicit. Liberasti aiam meã ex inferno iferiori. Ut infernus supior terra. Infernꝰ vo inferior sub terra esse videat. Et iohannis vox in ea estimatione pcordat: q̄ cũ signatũ librũ septẽ sigillis vidisse se diceret: q2 nemo inuẽtus est dignꝰ neqȝ in celo: neqȝ in terra: neqȝ subtus terram aperire librũ ⁊ soluere signacula eiꝰ adiũxit: ⁊ ego flebam multũ. Quẽ tñ postmodũ librũ: per leonẽ de tribu iuda dicit aperiri. In quo videlicet libro quid aliud q̄ sacra scriptura signat: quã solus redẽptor noster apuit? Qui homo factꝰ: moriẽdo: resurgendo: ascendendo: cũcta mysteria q̄ in ea fuerant clausa patefecit. Et nullus in celo: q2 neqȝ angelus: nullus in terra: q2 neqȝ hõ viuẽs in corpore: ⁊ nullus sub terra dignꝰ inuẽtꝰ est: q2 neqȝ aie corpore exute apire no/

bis preter dn̄m sacri eloquij secreta
patuerunt. Cū ergo ad soluendū li-
bruz nullus sub terra inuent⁹ dign⁹
dicit: q̄d obstet nō video nisi vt sb
terra infern⁹ esse credat. Petrus.

Queso te vn⁹ esse gehēne ignis
credēd⁹ est? An quāta pctōꝝ
diuersitas fuerit: tāta q̄q₃ existimā
da sunt ⁊ ipa incēdia esse p̄parata?

Utrum vn⁹ gehēne ignis sit an
diuersi. Cap. xlv. Gregorius.

Unus quidē est gehēne ignis
sed nō vno modo oēs cruciat
pctōres. Uniuscuiusq₃ eni quātum
exigit culpa: tantuz illic sentiet pe-
na. Nam sicut i hoc mūdo sub vno
sole multi cōsistunt: nec tn̄ eiusdē so
lis ardorē eq̄liter sentiunt: q₂ alius
plus estuat: atq₃ alius min⁹: ita illic
in vno igne nō vn⁹ est modus incē
dij. Quia qd hic diuersitas corpo-
rū hoc illic agit diuersitas peccato
rū: vt ⁊ ignē nō dissimilē habeāt: tn̄
eosdē singulos dissimiliter exurat.

Nunquidnā q̄so te Petrus.
dicim⁹: eos q̄ semel illic mersi
fuerint semper arsuros?

Si semp ardēt q̄ gehēne ignib⁹
deputātur. Cap. xlvi. Gregori⁹.

Constat nimiꝝ ⁊ incūctanter
verū est: q₂ sicut finis non est
gaudio bonoꝝ: ita finis nō erit tor
mēto maloꝝ. Nam cū ꝟitas dicat:
ibūt hi i suppliciū sempiternū: iusti
aūt in vitā eternā: q₂ veꝝ est qd ꝓ-
misit: falsum ꝓculdubio nō erit qd
minatus est deus. Petrus.

Quid si q̄s dicat idcirco peccā
tibus eternā penā minat⁹ est:
vt eos a peccatoruz perpetratione
compesceret.? Gregorius.

Si falsuz est qd minatus est vt
ab iniusticia corrigeret: etiaz
falsa est pollicit⁹ vt ad iusticiā ꝓuo-
caret. Sz q̄s hoc dicere vel insan⁹
p̄sumat? ⁊ si minat⁹ est qd nō erat
impletur⁹: duz asserere eū misericor-
dem volum⁹: fallacē: qd dici nefas
est: p̄dicare cōpellimur. Petrus.

Scire velim quomō iustuz sit:
vt culpa que cū fine ꝑpetrata
est sine fine puniat⁹? Gregorius.

Hoc recte diceretur: si distri-
ctus iudex non corda homi-
num: sed facta pensaret. Iniqui eni
ideo cum fine deliquerūt: quia cuz
fine vixerūt. Nam voluissent vtiq₃
si potuissent sine fine viuere: vt po-
tuissent sine fine peccare. Osten-
dunt enim quia in peccato semper
viuere cupiunt: qui nunq̄ desinunt
peccare dum viuunt. Ad magnam
ergo iusticiaz iudicātis pertinet: vt
nunq̄ careāt supplicio: qui in hac
vita nunq̄ voluerunt carere pecca
to. Petrus.

Sed nullus iustus crudelitate
pascit⁹: ⁊ delinquēs seruus a
iusto dn̄o idcirco cedi precipit⁹: vt
a nequitia corrigat⁹. Ad hoc ergo
vapulat vt emēdari debeat. Iniqui
autez gehēne ignibus traditi: si ad
correctionē non ꝑueniunt: sine fine
semper ardebunt. Gregorius.

Omnipotēs de⁹ q2 pius ē: miserorū cruciatu non pascitur. Quia aūt iustus est: ab iniquorū vltione in ppetuū non sedatur. Sed iniqui omēs eterno supplicio deputati: sua qdem iniquitate puniunt: & tamē ad aliquid ardebūt: scilz vt iusti omnes & in deo videāt gaudia que percipiunt: & in illis respiciant supplicia que euaserunt: quatenus tanto magis ineternum diuine gratie debitores se eē cognoscāt: quāto ineternū mala puniri conspiciūt: que eius adiutorio vicerunt.

ET vbi sunt scī ꝑnī Petr⁹. micis suis quos tunc ardere viderint non orabūt: quibus vtiqz dictū est: ꝓ inimicis vestris orate?

ORāt ꝓ inimicis Gregorius suis, eo tēpore quo possūt ad fructuosam penitentiā eorū corda cōuerti: atqz ipsa conuersatione saluari. Quid enim aliud ꝓ inimicis orādū ē: nisi hoc qd ait apostolus: vt det illis deus penitētiā ad cognoscendā veritatē: & resipiscāt a diaboli laqueis: a quo capti tenentur: ad ipsius voluntatem? Et quomodo pro illis tunc orabitur: qui iam nullatenus possunt ad iusticie opera ab iniquitate commutari? Eadem itaqz causa est cur non oretur tunc ꝓ hominibus eterno igne dānatꝭ: q̄ nūc etiā causa est vt nō orēt sancti homines ꝓ hominibus infidelib⁹ impijsqz defunctis: nisi q2 de eis vtiqz quos eterno deputatos supplicio iam nouerunt: ante illum iudicis iusti conspectum: orationis sue meritum cassari refugiūt. Quod si nunc quoqz viuētes iusti mortuis & dānatis iniustis minime compatiuntur: quādo adhuc aliquid iudicabile de sua carne sese ppeti etiam ipsi nouerūt: quāto districtius tunc iniquorū tormēta despiciunt quando ab omni vitio corruptionis exuti: ipsi iam iusticie vicinius atqz artius inherebūt? Sic quippe eorūz mentes per hoc q̄ iustissimo iudici inherēt: vis districtiōis absorbet: vt omnino eis nō libeat: quicquid ab illius interne regule subtilitate discordat. Petrus.

NOn est iam quod respōderi debeat apte narratiōi. Sed hec nūc questiō mētē mouet: quomodo aīa immortalis dicit: dū cōstat q̄ in ppetuo igne moriatur?

Quomodo anima immortalis dicitur: si cōstat q̄ mortis damnatione puniatur. Cap. xlvij.

QUia duobus mo Gregori⁹. dis vita ducitur: duobus modis etiā mors debet itelligi. Aliud est nāqz qd in deū viuimus. Aliud vero qd in hoc qd cōditi vel creati sumus. Id est aliud est beate viuere: atqz aliud essentialiter. Anima itaqz & mortalis esse intelligit: & immortalis. Mortalis qppe q2 beate viuere amittit: imortalis aūt q2 essentialiter viuere nūq̄ dsinit. Et nature sue vitā pdere nō valet: nec cū

in perpetua fuerit morte damnata. Illic eni posita: beataꝫ esse pdit: ⁊ esse nō perdit. Ex qua re semp cogitur vt ⁊ mortē sine morte: ⁊ defectū sine defectu: ⁊ finē sine fine patiatur quatenus ei ⁊ mors immortalis sit ⁊ defect⁹ indeficiēs: ⁊ finis infinit⁹.

Petrus

Quis hanc tam inexplicabilē damnationis sententiam cuiuslibet sit opis: ad exitū veniēs nō pertimescat: quādo ⁊ si iaꝫ nouit quid egit adhuc tamen facta illi⁹ q̄ subtiliter iudicētur ignorat.

De quodā sancto viro q̄ ad mortem veniens expauit. Cap. xlviij.

Gregorius

Ut asseris ita ē. Sꝫ plerūqꝫ de culpis minimis: ipse solus pauor egredientes animas iustorum purgat. Sicut narrari de quodam sancto viro mecū frequēter audisti. Qui ad mortem veniēs vehemēter expauit: sed post mortem discipulis in stola candida apparuit: ⁊ q̄ preclare sit susceptus indicauit.

Qꝫ quidā ne mortē timeāt reuelatione roborantur. Et de antonio ⁊ merulo monachis. Cap. xlix.

Nonnūq̄ vero omnipotēs deus trepidantiū mētes quibusdam prius reuelationibus roborat vt in morte minime ptimescāt. Nā quidā mecum in monasterio frater antoni⁹ nomine viuebat: qui multis q̄tidianisqꝫ lachrymis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cūqꝫ studiosissime ⁊ cum magno feruore desiderij sacra eloquia meditaretur non in eis verba scientie: sed fletum compunctionis acquirebat. Quatenus p hec excitata mens eius inardesceret: ⁊ ima deserēs ad regionē celestis patrie p cōtēplationem volaret. Huic p nocturnam visionem dictū est. Paratus esto: ⁊ q2 dominus iussit migra. Cūqꝫ ille nō habere se sumptus ad migrādū diceret: responsum ꝓtinus audiuit dicens. Si de peccatis tuis agitur dimissa sunt. Quod dum semel audisset: ⁊ magno adhuc metu trepidaret: nocte quoqꝫ alia in eisdē ꝟbis est ammonitus. Cum post quinqꝫ dies febre correptus: cūctis fratribus flētibus: orantibusqꝫ defunctus est.

Alius etiā frater in eodē monasterio merulus dicebat⁹ vehemēter lachrymis atqꝫ elemosynis intētus. Psalmodia ꝟo ex ore illi⁹ pene nullo tpe cessare cōsueuerat: excepto cū aut alimentū corpori: aut mēbra dedisset sopori. Huic nocturna visione apparuit: q2 ex albis florib⁹ corona de celo in caput illi⁹ descēdebat. Qui mox molestia corporis occupat⁹: cū magna securitate aī atqꝫ hilaritate defunct⁹ ē. Ad cuius sepulchrū dum petrus q̄ nūc monasterio pest: sibi sepulturā facere post annos q̄ttuordecim voluisset: tāta vt asserit de eodē sepulchro illi⁹ fragrātia suauitatis emanauit: ac si illic florū omniū fuissent odoramēta cōgregata. Ex q̄ re ma

nifestum patuit: q verum fuerit qd per nocturnā visionē vidit.

Alius quoq; in eodē monasterio iohānes dict⁹ est magne indolis adolescēs: quietatē suā intellectu ꝛ humilitate dulcedie ꝛ grauitate trāsibat. Huic egrotanti atq; ad extremū deducto: per nocturnā visionem quidam senex apparuit: ꝛ hunc virga tetigit: eiq; dixit. Surge: ex hac enī molestia minime mōrieris. Sed paratus esto: q2 lōgum tempus hic facturus nō eris. Qui dum iam esset a medicis desperatus: repēte sanat⁹ est atq; ꝯualuit: ꝛ rem quā viderat narrauit: seq; p bienniū in dei seruitio sicut predixi vltra etatis sue ānos exhibuit. Ante hoc autē trienniū cum quidā frater fuisset mortuus: atq; in eiusdē monasterij cimiterio a nobis sepult⁹: cunctis nobis ab eodem cimiterio exeūtibus: idem iohānes sicut postmodū palens ꝛ tremēs indicauit: illic nobis discedētibus inuentus: ab eodem fratre qui mortu⁹ fuerat de sepulchro vocatus est. Qd mox etiā subsequēs finis edocuit. Nam post dies decem inuasus febribus: carne solutus est. Petrus.

Doceri velim si hoc qd p nocturnas visiones ostenditur: debeat obseruari?

An obseruāda sint somnia: ꝛ qt sint modi somniorum. Ca. l. Grego.

Sciendum petre est: q2 sex modis tangūt animū imagines somniorū. Aliquādo nāq; somnia ventris plenitudine vel inanitate. Aliqn vero illusione. Aliquādo cogitatione simul ꝛ illusiōe. Aliqn reuelatione. Aliquādo autem cogitatione simul ꝛ reuelatiōe generant. Sed duo que prima diximus: oēs experimēto cognoscimus. Subiūcta autē quattuor in sacre scripture paginis inuenim⁹. Somnia eteni nisi plerūq; ab occulto hoste p illusionem fierent: nequaq hoc vir sapiens indicaret dicens: Multos enim errare fecerūt somnia: ꝛ exciderunt sperātes in illis. Uel certe. Non auguriabimini: nec obseruabitis somnia. Quibus pfecto verbis cuius essent detestationis ostenditur: que augurijs coniungūtur. Rursum nisi aliqn somnia ex cogitatione simul ꝛ illusiōe pcederent: vir sapiens minime dixisset. Multas curas sequūtur somnia. Et nisi aliquādo somnia ex mysterio reuelationis orirētur: ioseph pferendū se fratrib⁹ somniū nō videret. Nec marie sponsum vt ablato puero in egyptum fugeret: p somniū angelus ammoneret. Rursum nisi aliquādo somnia cogitatione simul ac reuelatiōe procederēt: nequaq daniel propheta nabugodonosor visionem disserēs: a radice cogitationis inchoasset dicēs. Tu rex i strato tuo cepisti cogitare quid esset futurum post hec: ꝛ qui reuelat mysteria ostendit tibi que ventura sunt

Et paulopost. Uidebas ⁊ ecce q̃si statua magna vna grandis: statua illa magna ⁊ statua sublimis stabat cõtra te ⁊ cetera. Daniel itaq̄ dum somniũ: ⁊ implendũ reuerẽter insinuat: ⁊ ex qua sit ortum cogitatiõe manifestat: patẽter ostẽdit: q꞉ hoc plerũq̄ ex cogitatione simul ⁊ reuelatione generat. Sed nimirũ cum somnia tot rerum quibuscũq̄ qualitatibus alternẽtur: tanto eis difficilius credi debet: quãto ex quo impulsu veniãt facili⁹ nõ elucet. Sctĩ autẽ viri inter illusiones atq̄ reuelationes: ipsas visionum voces aut imagines quodã intimo sapore discernunt: vt sciãt vel q̃d a bono spũ pcipiant: vel q̃d ab illusione patiantur. Nam si erga hec mens cauta nõ fuerit: p deceptorẽ spiritũ multis se vanitatibus imergit. Qui nõnunq̃ solet multa vera p̃dicere: vt ad extremũ valeat aĩam ex vna aliqua falsitate laqueare.

De eo cui per somniũ longa spacia vite pmissa sunt in breui tẽpore morituro. Cap. li.

Sicut cuidã nostrũ nup certũ est cõtigisse: qui dum somnia vehemẽter attenderet: ei p somniũ longa spacia hui⁹ vite pmissa sunt. Cũq̄ multas pecunias pro longioris vite stipẽdijs collegisset: ita repente defunct⁹ est: vt intactas oẽs reliqueret: ⁊ ipse secũ nihil ex bono opere portaret. Petrus.

Quis ille sit memini: s꞉ queso te ea que cepimus exequamur. Putamus ne aĩabus aliquid pdesse: si mortuo℞ corpora in ecclesijs fuerint sepulta?

An prosit aĩabus mortuorũ corpora in ecclesijs fuisse sepulta. Cap. lij.

Quum grauia pctã nõ Grego. deprimũt: h' pdest mortuis si in ecclesijs sepeliãtur: q꞉ eorũ primi quotiẽs ad eadem sacra loca cõueniunt: suo℞ quo℞ sepulchra aspiciunt recordãtur: ⁊ pro eis dño preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimũt: nõ ad absolutionem potius q̃ ad maiorẽ dãnationis cumulũ: eorum corpora in ecclesijs ponũtur. Quod melius ostendimus: si ea que diebus nostris gesta sunt breuiter narremus.

De quadã sanctimoniali femĩa in ecclesia sancti laurentij martyris sepulta: cui⁹ media pars apparuit incendi. Cap. liij.

Uir nãq̄ vite venerabilis felix portuẽsis episcopus: in sabinẽsi prouincia ortus atq̄ nutritus est: qui quandã sanctimonialẽ feminam in loco eodẽ fuisse testatur: q̃ carnis quidẽ cõtinẽtiã habuit: sed lingue pcacitatẽ atq̄ stultiloquiũ nõ declinauit. Hec igitur defuncta atq̄ in ecclesia sepulta ẽ. Nocte aũt eadem ecclesie custos p reuelationẽ vidit: quia deducta ante sacrũ altare per mediũ secabatur: ⁊ pars vna illius igne cremabatur: pars autẽ altera itacta remanebat. Cũq̄ hoc

surgēs mane fratribus narraret: ꝛ locum vellet ostēdere in quo fuerat igne cōsumpta: ipsa flamme cōbustio ita ante altare in marmoribus apparuit: ac si illic eadē femina corporeo fuisset igne concremata. Ex qua re apte datur intelligi: quia hi quibus dimissa peccata nō fuerint: ad deuitandū iudiciū sacris locis post mortē non valent adiuuari.

De valeriani patricij sepultura.

Iohannes ꝗq vir Cap. liiij. magnificus q in hac vrbe locum prefectoriū seruās: cuius veritatis atq grauitatis sit nouimus: mihi testatus est valerianū patricium: in ciuitate que brixia dicitur suisse defunctū: cui eiusdem ciuitatis episcopus: accepto precio locum in ecclesia ꝓbuit: in quo sepeliri debuisset. Qui videlicet valerianus vsq ad etatē decrepitā leuis ac lubricus extitit: modūq suis prauitatibus ponere cōtempsit. Eadē vero nocte qua sepultus est: beatus faustinus martyr in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatū: custodi suo apparuit dicēs. Uade ꝛ dic episcopo: proiciat hinc fetentes carnes quas hic posuit. Quod si nō fecerit: die tricesimo ipse morietur. Quam visionē custos episcopo timuit ꝯfiteri. Rursusq ammonitus declinauit. Die autem tricesimo eiusdem ciuitatis episcopus: cum vespertina hora sanus atq incolumis ad lectū redisset: subita ꝛ inopinata morte defunctus est.

De corpe valētini defensoris ab ecclesia post mortē ꝓiecto. Ca. lv.

Adest quoq in presenti senex venerabilis frater venantius lunensis episcopus: ꝛ magnificus liberius nobilissimus, atq veracissimus: qui sese scire suosq homies interfuisse testatur rei quā narrant nuper in genuensi vrbe contigisse. Ibi nanq vt dicunt valētinus mediolanensis ecclesie defensor defunctus est: vir valde lubricus: ꝛ cunctis leuitatibus occupatus: cuius corpus in ecclesia beati syri confessoris sepultum est. Nocte autē media in eadem ecclesia facte sunt voces ac si quis de ecclesia exire voluisset: ꝛ violenter ex ea repelleretur atq traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerūt custodes ꝛ viderunt duos quosdam teterrimos spiritus: qui eiusdem valētini pedes quadam ligatura strinxerāt ꝛ eum ab ecclesia clamātem ac nimium vociferātem foras trahebant. Qui videlicet exterriti: ad sua strata reuersi sunt. Mane autē facto: aperiētes sepulchrum in quo valentinus positus fuerat: eius corpus non inuenerūt. Cumq extra ecclesiam quererent vbi proiectū esset: inuenerūt eum in sepulchro alio positum: ligatis adhuc pedibus sicut ab ecclesia fuerat abstractum. Ex q re petre collige: q hi quos peccata grauia deprimūt: si in sacro loco

sepeliri se faciūt: restat vt etiam de sua presumptione iudicentur. Quatenus eos sacra loca nō liberēt: sed etiam culpa temeritatis accuset.

De tinctoris corpore i ecclesia sepulto: ꝛ postmodū īuēto. Cap. lvi.

Nam quid quoqꝫ in hac vrbe cōtigerit cunctorū qui hic habitāt plurimi testantur: ꝙ quidam artis tinctoꝝ primus cū defunctus fuisset: in ecclesia btī ianuarij martyris iuxta portā sancti laurentij a coniuge sua sepultus est. Sequēti autem nocte: ex sepultura eadē audiente custode: eius spūs cepit clamare. Ardeo: ardeo. Cū vero has diu voces emitteret: custos hoc eiꝰ nūciauit vxori. Uxor vero illiꝰ eos qui diligēter inspicerēt artis eiusdē viros trāsmisit ad ecclesiam: volēs cognoscere qualiter eius esset corpus i sepulchro de quo talia clamaret. Qui apientes sepulchrū: vestimēta quidē itacta repperierūt: que nunc vsqꝫ in eadē ecclesia ꝓ eiusdē cause testimonio seruātur. Corpus vero illius omnino nō inuenerunt: ac si in sepulchro eodē positum nō fuisset. Ex qua re colligēdū est: qua vltiōe anima eiꝰ dānata sit. Cuius ꝛ caro est ab ecclesia ꝓiecta. Quid igit̄ sacra loca sepultis ꝓsunt: quādo hi q̄ indigni sunt ab eisdē sacris locis diuinitus ꝓiciuntur. Petrus.

Quidnam ergo esse poterit: quod mortuorū valeat animabus prodesse?

Quid sit qđ post mortē valeat ad absolutionem aīas adiuuare: ꝛ de centūcellēsi presbytero qui a cuiusdam spū petitus est vt per sacrā hostiā post mortē potuisset adiuuari ꝛ de aīa iusti monachi. Cap. lvij.

Si culpe post mortē Grego. insolubiles nō sunt: multū solet animas etiā post mortē sacra oblatio hostie salutaris adiuuare: ita vt hoc nōnunꝙ ipse defunctorum anime videantur expetere.

Nam predictus felix episcopꝰ a quodā venerabilis vite presbytero qui vsqꝫ ante biēniū vixit: ꝛ in diocesi centūcellensis vrbis habitauit atqꝫ ecclesie beati iohānis q̄ in loco qui tauriana dicitur sita est preerat: cognouisse se asserit: ꝙ idē presbyter in eodē loco in quo aque calide vapores nimios faciūt: quotiens necessitas corporis exigebat: lauari cōsueuerat. Ubi dū die quadam fuisset ingressus: inuenit quēdam incognitū virū ad suum illuc obsequiū ꝑparatū: qui sibi de pedibus calciamenta abstraheret: vestimenta susciperet: ꝛ exeūti a caloribus sabana ꝑberet: atqꝫ omne ministeriū cum magno famulatu pageret. Cūqꝫ hoc sepius fieret: idē p̄sbyter die quadā ad balnea iturus: intra semetipsum cogitās dixit: Uiro illi qui mihi solet taꝫ deuotissime ad laudādum obseq̄: ingratus apparere nō debeo: ſꝫ aliq̄d me necesse ē ei ꝓ munere charitatꝭ portare.

Tunc duas secum oblationū coro/
nas detulit. Qui mox vt ꝑuenit ad
locum: hominē inuenit: atq; ex mo
re eius obsequio in omnibus vsus
est. Lauit itaq; ⁊ cum iam vestitus
voluisset egredi hoc qđ secum detu
lerat: obsequēti sibi viro pro bene/
dictione obtulit: petens vt benigne
susciperet: quod ei charitatis gratia
offerret. Cui ille merēs: afflictusq;
respōdit. Mihi ista quare das pa/
ter? iste panis sanctus est. Ego hūc
manducare nō possum. Ego enim
quē vides: aliquādo loci huius do/
minus fui: sed pro culpis meis: hic
post mortē deputatus sum. Si aūt
mihi prestare aliquid vis: omnipo
tenti deo pro me offer hunc panē:
vt pro peccatis meis interuenias.
Et tunc exauditū te esse cognosce:
cum hic ad lauādum veneris: ⁊ me
minime inueneris. In quibus ver/
bis disparuit: ⁊ is qui esse homo vi
debatur euanescēdo innotuit q; spiri
tus fuit. Idē; vero presbyter ebdo/
mada cōtinua se ꝓ eo in lachrimis
afflixit: salutarē hostiā; q̄tidie ob/
tulit: ⁊ reuersus postea ad balneū:
eū iā minime īuenit. Qua ex re quā
tum ꝓsit animabus īmolatio sacre
oblationis ostēditur: quādo hāc ⁊
ipsi mortuorū spiritus a viuētibus
petūt: ⁊ signa indicant: quibus per
ea absoluti videantur.

Sed neq; hoc silendum existi/
mo: quod actū in meo mona/
sterio ante hoc trienniū reminiscor.
Quidam nanq; monachus iustus
noīe medicinali arte fuerat imbut⁹:
qui mihi in eodem monasterio con
stituto sedule obseq atq; in assiduis
egritudinibus meis excubare con/
sueuerat. Hic itaq; lāguore corpo/
ris preuentus: ad extremum dedu/
ctus est. Cui in ipsa sua molestia fra
ter germanus nomine copiosus ser
uiebat: qui ipse quoq; nūc in hac vr
be per eādem medicine artem tēpo
ralis vite stipēdia sectat̄. Sed pre
dictus iustus cū iam se ad extremū
ꝑuenisse cognosceret: eidem copio/
so fratri suo: q; occultos tres aureos
haberet innotuit. Qđ nimirū; fra/
tribus nō potuit celari. Qui subtili
ter indagātes: atq; illi⁹ omnia me/
dicamenta perscrutātes: eosdē tres
aureos inuenerunt in medicamine
absconsos. Quod mox vt mihi nū/
ciatum est tantū malū de fratre qui
nobiscū cōmuniter vixerat: equani
miter ferre nō valui. Quippe quia
eiusdem nostri monasterij semper
regula fuerat: vt cūcti fratres ita cō
muniter viuerēt: quatenus eis sin/
gulis nullam habere proprietatem
liceret. Tunc nimio merore percus/
sus: cogitare cepi vel quid ad pur/
gationem morietis facere; vel qđ
in exemplū viuētibus fratrib⁹ ꝓui/
derem. Precioso igit̄ eiusdem mo/
nasterij ꝑposito ad me accito dixi.
Vade ⁊ nullus ex fratribus se mo/
rientē iūgat: nec sermonē ꝯsolatio/
nis ex cuiuslibet ore eorū ꝑcipiat:

sed cum in morte ꝯstitutus fratres
quesierit: ei suus frater carnalis di
cat: qꝛ pro solidis quos occulte ha-
buit a cunctis fratribus abomina-
tus sit: vt saltem in morte de culpa
sua mẽtem illius amaritudo trans-
uerberet: atqꝫ a peccato quod ꝑpe-
trauit purget. Cum vero mortuus
fuerit: corpus illius cum fratrũ cor
poribus nõ ponatur: sed quolibet
fossam in sterquilinio facite: ⁊ in eã
corpus iactate: ibiqꝫ super eũ tres
aureos quos reliquit proiicite: si-
mul omnes clamãtes: pecunia tua
tecum sit in ꝑditione: ⁊ sic eum ter-
ra operite. In quibus vtrisqꝫ rebus
vnam morienti: alteram volui viuẽ
tibus fratribus prodesse. Ut ⁊ illũ
amaritudo mortis a culpa solubi-
lem faceret: ⁊ istos auaritie tãta dã
natio misceri in culpa prohiberet.
Quod ita factũ est. Nam cum idẽ
monachus peruenisset ad mortẽ:
atqꝫ anxie quereret se fratribus cõ-
mendare nullusqꝫ e fratribꝰ ei ap-
plicare ⁊ loqui dignaretur: ei carna
lis frater cur ab omnibus esset abo
minatus indicauit. Qui protinus
de reatu suo ingemuit vehemẽter:
atqꝫ in ipa tristitia e corpore exiuit.
Qui ita est sepultus vt dixerã: sed
fratres omnes eadem eius senten-
tia perturbati: ceperunt singuli ex
trema queqꝫ ⁊ vilia: ⁊ que eis ha-
bere regulariter semper licuerat:
ad medium proferre: vehementer
qꝫ formidare: ne qđ apud se esset:
vnde reprehendi potuissent. Cum
vero post mortem eius triginta iã
essent dies euoluti: cepit animꝰ meꝰ
defuncto fratri cõpati: eiusqꝫ cũ do
lore graui supplicia pensare: ⁊ si qđ
esset ereptiõis eius remediũ q̃rere.
Tunc euocato ad me eodẽ p̄cioso
monasterij nostri ꝑposito tristis di
xi. Diu est q frater ille qui defunctꝰ
est in igne cruciat᷑: debemus ei ali-
quid charitatis impẽdere: ⁊ eũ in
quantũ possumꝰ vt eripiat᷑ adiuua
re. Uade itaqꝫ: ⁊ ab hodierna die
diebus triginta cõtinuis offerre ꝓ
eo sacrificiũ stude: vt nullus p̄ter-
mittatur dies: quo pro absolutiõe
illiꝰ salutaris hostia nõ immoletur.
Qui ꝑtinus abscessit ⁊ paruit. No
bis autem alia curantibus atqꝫ euo
lutos dies non numerãtibus: Idẽ
frater qui defunctus fuerat nocte
quadam fratri suo germano copio
so per visionẽ apparuit. Quem ille
cum vidisset: inquisiuit dicẽs. Quid
est frater? quomodo es? Cui respõ
dit. Nũc vsqꝫ male fui: sed iam mo
do bene sum: quia hodie commu-
nionem recepi. Quod idem copio
sus pergens protinus indicauit in
monasterio fratribus. Fratres ve-
ro sollicite computauerunt dies: ⁊
ipsa dies extitit: quo pro eo trigesi-
ma oblatio fuerat impleta. Cumqꝫ
⁊ copiosus nesciret quid pro eo fra
tres agerent: ⁊ fratres ignorassent
quid de illo copiosus vidisset: vno
eodẽqꝫ tempore dum cognoscit ille

isti quid ergerant: atqz isti cognoscunt ille quid viderat: cōcordante simul visione ⁊ sacrificio: res apte daruit: qꝛ frater qui defunctus fuerat: per salutarem hostiam supplicium euasisset. Petrus.

Mira sunt valde que audio: ⁊ non mediocriter leta.

De vita ⁊ transitu cassiani episcopi. Cap.lviij. Gregorius.

Ne nobis in dubiū veniāt verba mortuorū: cōfirmant hec facta viuētium. Nam vir vite venerabilis cassius narniēsis episcop⁹: qui quotidianū deo sacrificiū offerre ꝯsueuerat: seqz in lachrymis iter ipa sacrificioꝝ archana mactabat: mandatū dn̄i p cuiusdā sui visionē p̄sbyteri suscepit dicēs. Age quod agis: opare qd operaris: nō cesset pes tuus: nō cesset manus tua: natali apostolorū venies ad me ⁊ retribuā tibi mercedē tuaz. Qui post annos septez in ipso natalitio apostolorū die: cuz missarū solēnia pegisset: ⁊ mysteria sacre cōmuniōis accepisset: e corpore exiuit.

De quodā ab hostib⁹ capto cui⁹ vincula oblatiōis hora soluebant: ⁊ de varica nautico p salutarē hostiā a naufragio liberato. Cap.lix.

Hoc quoqz audiuim⁹ quendā apud hostes i captiuitate positum ⁊ in vinculis religatuz fuisse: pro quo sua ꝯiunx diebus certis sacrificium offerre cōsueuerat: qui lōgo post tēpore ad coniugem reuersus: quibus diebus ei⁹ vincula soluerent innotuit: eiusqz ꝯiunx illos dies fuisse in quibus eius vincula soluebātur: quibus ꝓ eo offerebat sacrificiū recognouit. Et ex alia nobis re: que ante annos septez gesta est certissime cōfirmatur.

Agathon eteniz panormitan⁹ episcopus: sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt ac testantur: cum beate memorie predecessoris mei tempore: iussus esset vt romam veniret: vim nimie tempestatis pertulit: ita vt se ex tanto vndarū periculo euadere posse diffideret. Nauta vero illius varica nomine qui nunc eiusdē ecclesie dericatus officio fungitur: post nauē carabum regebat: qui rupto fune cum eodē carabo quē regebat inter vndarum cumulos repente disparuit. Nauis autez cui ep̄s preerat: tandem post multa pericula: ad hosticam insulam fluctibus quassata puenit. Cūqz die tertio episcopus nautam qui ab eo arreptus fuerat in carabo in nulla maris parte videret apparere: vehementer afflictus mortuū credidit: sed per obsequium charitatis vnuz qd mortuo debebatur impendit: vt omnipotēti deo pro absolutione eius anim offerri sacrificium victime salutaris iuberet. Quo oblato: restaurata naui prexit ad italiam. Cūqz ad romanū portū puenisset: illic nautam repperit: quem mortuuz puta

uit. Tunc inopinata exultatiõe ga-
uisus ē: eumqꝫ qualiter tot diebus
in illo tanto maris periculo viuere
potuisset: inquisiuit. Qui videlicet
indicauit: quotiens in illius tempe
statis fluctibus cum eodē quē rege
bat fuisset carabo versatus: quali-
terqꝫ cum illo vndis pleno nataue-
rat: ⁊ quotiens eo a superiori parte
deorsum verso ipse carine eius suꝑ
sederat: adiūgens cū dieb⁹ ac nocti
bus hoc icessanter faceret: iāqꝫ ei⁹
virtus funditus ex fame simul ⁊ la
bore cecidisset: quo eum ordine mi-
sericordia diuina seruauerit: etenīꝫ
indicauit: quod etiam nunc vsqꝫ te-
statur dicēs. Laborās in fluctibus
atqꝫ deficiens subito mētis ponde
re sum grauatus: ita vt neqꝫ depres
sus somno essem: neqꝫ vigilare me
crederem. Cum ecce in eodem me-
dio maris me posito: quidam ap-
paruit: qui mihi panēꝫ ad refectio-
nem detulit: quē mox vt comedi vi
res recepi: nec lōge post nauis trā-
siens affuit: que me ab illo vndarū
periculo suscepit: atqꝫ ad terrā de-
duxit. Quod scilicet episcopus au-
diens requisiuit diem: atqꝫ illū fuis
se diem repperit: quo pro eo presby
ter in hostica īsula omnipotēti deo
hostiam sacre oblationis immola-
uit.

Petrus.

EA que narras: ipse quoqꝫ in
sicilia positus agnoui.

De virtute ac mysterio victime
salutaris. Cap. lx. Gregorius.

IDcirco credo quia hoc tāꝫ a-
perte cum viuētibus ac nesciē
tibus agit̄: vt cūctis hec agētibus
atqꝫ nesciētibus ostendatur: quia
si insolubiles culpe non fuerint: ad
absolutionē prodesse etiāꝫ mortuis
victime sacre oblationis possunt.
Sed sciēdum est qꝛ illis sacre victi
me mortuis prosunt: qui hic viuen
do obtinuerunt: vt eos etiam post
mortem bona adiuuēt: que hic pro
ipsis ab alijs fiunt. Inter hec auteꝫ
pensanduꝫ est: ꝙ tutior via sit vt bo
num qđ quisqꝫ post mortē suāꝫ spe
rat agi ꝑ alios: agat dum viuit ipse
per se. Beatius quippe est liberum
exire: ꝙ̃ post vincula libertatē que-
rere. Debemus itaqꝫ presens secu-
lum: vel quia iam conspicimus de-
fluxisse: tota mente contēnere: quo-
tidiana deo lachrimarū sacrificia:
quotidianas carnis eius ⁊ sangui-
nis hostias immolare. Hec nanqꝫ
singulariter victima ab eterno inte-
ritu saluat animāꝫ: que illam nobis
mortem vnigeniti per mysteriū re
parat. Qui scilicet surgens a mor-
tuis iam nō moritur: ⁊ mors ei vl-
tra nō dominabitur: tamē in seipso
immortaliter atqꝫ incorruptibiliter
viuens: pro nobis iterū in hoc my-
sterio sacre oblationis immolatur.
Eius quoqꝫ ibi corpus sumit̄: ei⁹
caro in populi salute partitur: eius
sanguis non iam in manus infide-
lium: sed in ore fidelium funditur.
Hinc ergo pensemus quale sit pro

nobis hoc sacrificium: quod ꝓ ab/
solutione nostra passionē vnigeniti
filij semper imitatur. Quis enim fi/
delium habere dubiū possit: in ipsa
immolationis hora ad sacerdotis
vocē celos apiri: in illo iesu christi
mysterio angelorū choros adesse:
summis ima sociari: terrena celesti
bus iungi: vnumqꝫ ex visibilibus
atqꝫ inuisibilibus fieri.

De affligendo corde inter sacra
mysteria: ⁊ de mētis custodia post
compunctionem. Cap. lxi.

SEd necesse est cū hec aguntur:
nosmetipos deo ī cordis cō
tritione mactemus. Quia qui pas/
siōis dominice mysteria celebramus
debemus imitari qđ agimus. Tūc
ergo vera ꝓ nobis deo hostia erit:
cum nosipsos hostiā fecerit. Sed
studendum nobis est vt etiam post
orationis tempora: quantumcun/
qꝫ deo largiente possumus: in ipso
animum suo pondere ⁊ vigore ser/
uemus: ne post cogitatio fluxa dis/
soluat: ne vana mentem leticia sub/
repat: ⁊ lucrum compunctiōis ani/
ma per incuriā fluxe cogitationis
ꝑdat. Sic quippe qđ popoścerat
anna obtinere meruit: q̄ se post la/
chrimas in eodem mētis vigore ser
uauit. De qua nimirum scriptū est.
Vultus eius non sunt amplius in
diuersa mutati. Quia igitur non est
oblita que petijt: nō priuata est mu/
nere quod poposcit.

De relaxandis culpis alienis: vt
nostre relaxentur. Cap. lxij.

SEd inter hec sciendum est: q̄
ille recte sui delicti veniam po
stulat: q̄ prius hoc quod in ipo de/
linquitur relaxat. Munus enim nō
accipitur: nisi ante discordia ab ani
mo pellatur: dicēte veritate. Si of/
fers munus tuū ad altare: ⁊ recor/
datus fueris quia frater tuus ha/
bet aliquid aduersum te: relinque
ibi munus tuū ante altare: ⁊ vade
prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tunc
veniens offeres munus tuū. Qua
in re pensandum est: cum omnis
culpa munere soluatur: q̄ grauis
est culpa discordie: pro qua nec mu/
nus accipiatur. Debemus itaqꝫ ad
proximum quāuis longe positum:
longeqꝫ disiunctum mente ire: eiqꝫ
animum subdere: humilitate illum
ac beniuolētia placare: vt scilicet cō
ditor noster dum tale placitum no/
stre mētis aspexerit: a peccato nos
soluat: qui munus pro culpa sumit.
Veritatis autem voce attestante di
dicimus: quia seruus quidem qui
decem milia talenta debebat: cum
penitētiam ageret: absolutionē de/
biti a domino accepit. Sed quia cō
seruo suo centum sibi denarios de/
benti debitum nō dimisit: ⁊ hoc est
iussus exigi: quod ei fuerat iam di/
missum. Ex quibus videlicet dictis
constat: q̄ si hoc quod in nos delin
quitur ex corde non dimittimus: ⁊
illud rursum exigitur quod nobis
iam per penitētiam dimissum fuisse

gaudebamus. Igitur dum p indulti temporis spaciuz licet dum iudex sustinet: dum cõuersionem nostraz is qui culpas examinat: expectat: Consflemus in lachrymis duritiaz mentis: formemus in pximis gratiam benignitatis. Et fidẽter dico: quia salutari hostia post mortẽ nõ indigebimus: si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus.

Explicit liber Quartus.

Beatissimi Gregorij summi pontificis opus dyalogũ: certa q̃daz ꝛ mirãda miracula: a dño deo nostro ad preces sanctorum facta: necnõ ꝛ multa presentis ꝛ future vite exempla perlucide tractans: que tanto nos ad bene beateqꝫ viuendum inuitãt: quãto ipsum autorem felici beatitudine pfrui cernimus: feliciter clauditur. Venetijs p Hieronymum de paganinis brixiẽsem Anno incarnatiõis dñice Millesimo quadringentesimo nonagesimosecũdo: Idib⁹ nouẽbris.

Registrum prescripti operis.

A b c d e f g h i k Omnes sunt q̃terni preter A ꝛ k qui sunt duerni.